

Nestorium haereticum, beatæ Virginis Mariæ sanctitatem, et maternitatem defendere, eamque appellandam esse Theotocon, id est, Dei matrem, confirmavit, approbante Concilio, mirandum non est, si hac etiam ratione hæc religio huic sibi vindicaret titulum, id testante Palcyndoro (*lib. 2. cap. 7.*) Imo si rem alius reperere liceat, inde crederem beatissimam Virginem Ordinem huic speciali favore prosequutam fuisse, quod eum loco vicinum, tempore primum sibi, et filio in obsequium exortum recognosceret, et cum eius mater Anna, et avia eius Emerentiana maximo prosequerentur amore, ut gravissimi tradunt auctores, infra referendi, religiosos illos Carmeli, ab illis trahentem originem, qui montem Carmelum incolabant: imo de matre Emerentiana ferunt, in monte Carmelo fuisse illi revelationem, ex sua stirpe beatam Virginem nascitam, et testatur Petrus Dorlanus Cartus. (*in vita sanctæ Annæ*), et Ascentius Vadius. Cum autem beatissima Virgo Nazareth inhabitaret, quæ, teste Hieronymo, a Carmelo tribus tantum distat milliariibus, Carmelitas Carmelum incolentes, aliquando cum suis sodalibus visitabat, ob veterem loci sanctitatem, teste Armachano Hiberniæ Primate, ut refert Ubaldensis (*de Sacrament. titul. 9.*) cuius hæc sunt verba: *Erat huius Ordinis soror, nomine Maria, quæ dum de Nazareth in montana Carmeli consedere statueret, pluries dixit filio suo, vadam, et narrabo nomen tuum fratribus meis, patris Eliæ filius; et quid putas Ordo Carmeli responderit, utique illius sanctissimæ Elisabethæ verbum: Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? atque illud verbum institutoris Eliæ: Mulier da mihi filium. Eiusdem sententiæ est Martinus Italus (*in suis Chronicis*): Ad eos autem, ait, qui inveniunt tempore superioribus ex prophetis originem traxerunt, sanctam Dei Genitricem cum in humanis ageret, sicut matrem ad filios sæpe numero venisse legimus; ad istiusmodi etiam viros, Christum cum discipulis quibusdam perennis didicimus; cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

## HOMILIA II.

*Praeconia sacri Ordinis sanctæ Mariæ de Monte Carmelo prosequamur, a cavilliosis omnibus accerrime illam vindicantes, quibus quidam auctores iniuste eam lacerare ausi sunt.*

Arbitror sane sacro Ordini Carmelitano persimile quidpiam, atque patriarchæ Iosepho accidisse: etenim sicut Iacob patre eius tunicam polymitam ei soli præ ceteris aliis fratribus suis donante in pignus singularis amoris, quo illum prosequeretur, invidia livore sancti eius fratres adversus eum excandescere coeperunt: sic enim ait sacer Textus (*Gen. 37*): *Videntes autem fratres eius, quod a patre plus*

*cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidpiam pacifice loqui: non dissimiliter, cum sanctissima Virgo in argumentum specialis dilectionis, qua erga Carmeliticum Ordinem aestuabat, tunicam polymitam scapularis dono dederit beato Simoni Stoch Anglo, carmelitici Ordinis priori generali, ut in eius officio legitur, et tradunt Palcyndorus (*lib. 3. cap. 12*), Ioan. Favent. et Philippus Macer. (*in vita s. Petri Thomæ*): quidam huius favoris invidi, vel veritatis ignari, non possunt huic sacro Ordini, instar fratrum Ioseph, quidquam pacifice loqui. Ceterum apertissime ipsos deceptos fuisse, quantum praesentis argumenti conditio patitur, luculenter commonstrabo: ut enim recte dixit Arist. (*lib. 1. Moral. cap. 3*): *Est enim eruditi catenus exactam in unoquoque genere explicationem requirere, quatenus patri rei ipsius natura potest: nam et mathematicum suasionibus utentem approbare, et ab oratore demonstrationes exigere simile vitium videtur.* Ut autem praesenti muneri satisfaciam, oppugnantorum tela debito ordine proponam pariter, et infringam: quia tamen inter omnes oppugnationes acris Hieronymus Romanus (*in suo Defens.*) adversus hunc sacrum Ordinem invehit, et quia præ intemperata cupidine illum expugnandi, nullum lapidem immolatum relinquit, quo illum non impeteret, eius praecipue delicta manifeste aperiam, deinde aliorum obiecta diluam.*

## OBIECTIO I.

Primo ergo obiectat (*lib. 2. cap. 8*) sibi persuadere non posse, Eliam fuisse monachum, aut vitae monasticæ institutorem, quia d. Hieronymus (*in vita s. Pauli Eremitæ*), ubi de monachatu agit, nullam prorsus mentionem fecit monachorum Eliæ: quod non alia ratione aiti sibi videri ab eo omissum, nisi quia nullum talis monachatus vestigium repererat. Nec veretur addere nullum dari auctorem, præter ipsos Carmelitas, qui affirmant Eliam aliquem unquam religiosum Ordinem instituisse: oportuisset quidem illum legisse d. Hieronymum (*epist. 13*) dicentem: *Noster princeps Elias, noster Elisæus, nostri Duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris, et solitudinibus, et faciebant sibi tabernacula prope fuenta Jordanis.* Hos autem vere monachos fuisse sub Eliano instituto, testis est omni exceptione maior s. Isidor. (*l. 8. de offic. cap. 9*), ubi ait: *Unde ad monachos studium deflavit paupertatis, vel quis huius conversationis exiit auctor, cuius habitum imitentur? quantum attinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, huius propositi princeps Elias, et discipuli eius Elisæus fuerunt, sive filii prophetarum, qui habitabant in solitudine, uribusque relictis, faciebant sibi casulas iuxta fuenta Jordanis. Conspirant in idem Ioan. Cassian. (*lib. 1. de instit. renne. cap. 2*) dum ait: *Itaque monachum, ut militem Christi accensis lumbis, iugiter oportet incidere: hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento professionis huius fundave-**

*re primordia, Eliam scilicet, et Elisæum, divinarum Scripturarum auctoritate monstratur.* Deinde Ioannes XLIV. patriarcha Ierosolymitanus (*lib. de inst. Monach. esp. 2*) ita in hac parte clare loquitur, ut absque gravi protervia, negari non possit, Eliam monasticæ vitae fuisse institutorem: verba eius sunt hæc: *Hic propheta Dei Elias monachorum princeps primus exiit, a quo sancta eorum primaeva institutio sumpsit exordium: ipse enim obtentu contemplationis divinæ, longe ab urbibus recedens, et seipsum cunctis terrenis exuens, religiosam, et prophetalem vitam eremiticam, primum hominum a proposito ducere coepit, quam, sancto dictante, et mandante Spiritu, inchoavit, et instituit.* Postea (*cap. 19*) ait: *Studuit Elias deinceps religionem, quam inchoaverat, in loco idoneo plantare: quare ad sui et suorum discipulorum iugem mansionem elegit præ aliis eremici Carmeli montem, et exercendam. Mons quippe præbet eremita homini ex sua solitudine silentium, et quietem, ex suis antris congruam mansionem, ex suo saltu inundatam, ex eminenti situ aerem salubrem, ex suis herbis, et fructibus pastum uberem, et ex suo fonte aquæ vivæ hauritum dulcem.* Propter quæ omnia Elias in monte isto non modo elegit habitare, verum etiam domum orationi consecratam, appellatam Seunon in eo aedificavit. Ac tandem (*c. 20*) ait: *Ad continentiam autem residentiam in Carmelo semper faciendam, Elias montem hunc devotorem suis discipulis reddidit, non solum exemplo sui, qui ex tunc, quando in hoc mundo mansit, scilicet per sexdecim annos, montem istum incoluit, sed quia præ ceteris eremis, in quibus habitavit, montem hunc quibusdam alitis miraculis specialiter insignivit.*

Trithemius Abbas de laudibus Carmelitarum, argumentum hoc latissime elucidans, apertissime ostendit, Eliam, et Elisæum Carmelitanæ religioni dedisse primordia, seriemque Ordinis contextit ab Elia, usque ad annum Domini 1220, quo tempore Carmelitani in Europam pervenerunt, omissis aliis, quæ sparsim toto illo libro tradit, aliqua eius verba referam: ait enim (*cap. 2*): *Elias propheta Domini eximius recte, et catholice fundator Carmelitanæ religionis dicitur, si eius facta ex voluminibus regum absque invidia discutiantur. Enim vero ipse montem Carmeli primus habitasse legitur, a quo fratres Carmelita nominantur. Tripartiti autem ratione ostenditur, quod istius observantia princeps Elias habeatur, a loco videlicet, ab habitu, et conversatione. Cum ergo nomen Ordinis a loco sumitur; merito Carmelitarum princeps Elias memoratur, quia mons Carmelus, cuius ille habitator exiit, huic Ordini vocabulum dedit. Non loquor vana, sed testimonio Scripturarum comprobata profero, cum Eliam prophetam eundem locum longe ante Christi nativitatem habitasse dico, qui fratribus Carmelitis religionis suæ nomen, et exordium dedit.*

Marlyrologium Molani die 17. Iulii ita scribit: *In Arabia raptus s. Eliæ prophetae Domini, et Carmelitanæ religionis Patriarchæ, qui tantam gratiam invenit coram Domino, ut ver-*

*bis clauderet, et aperiret coelum.* Hæc sane sufficiebant; sed maiora his apponam: nam d. Basilus (*in epist. ad Chel. Anachoet.*) ait: *Hic mons celebris Carmelus, in quo Elias demoratus, perplacuit Deo. D. Gregor. Nazian. (*in orat. de pauper. amore*) sic loquitur: Præclara est solitudo, et vita ob hominum commercio semota; idque nunc docet Elias Carmelus, et Ioannis desertum: et infra subdit: *Ut ab omni negotio tranquille philosopharer, mecumque ipsum colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam, Ioannisque desertum, ac celestem eorum, qui hoc philosophiæ genus profertur, vitam.**

Denique id ipsum tradunt Volaterranus (*in Antropol. lib. 21*), dum ait: *Carmelitas a monte Carmelo, mora Eliæ, et Elisæi nobilitata.* Guilielmus (*lib. contin. bell. sacr. cap. 3*): *Est Carmelus mons in Syria, morum tam aliorum prophetarum, quam Eliæ, et Elisæi nobilis.* Polydorus Virgilius (*lib. 3. de invent. rer. cap. 7*), nec non Sabellicus (*lib. 5. Aeneid. 9*), Theatrum Vitæ humanæ (*lib. 3. col. 21*), eadem verba repetunt de mora Eliæ in Carmelo, Nicephorus (*lib. 8. histor. cap. 39*), Sozomenus (*in tripart. lib. 1. cap. 11*), Gallienus (*de orig. Monast. vit.*), Cardinalis Bellarminus (*lib. 2. Monach. cap. 5*), Canisius (*lib. 1. de corrupt. cap. 2*), Genebrardus (*lib. 4. Chron.*), Cum ergo tot antiqui, et sancti Patres, ac gravissimi auctores, unanimi consensu testentur, Eliam monasticæ vitæ institutorem fuisse, facile innotescit temeritas Hieronymi Romani, qui ausus est dicere, nullum auctorem præter Carmelitas id unquam tradidisse.

Tandem illud singulare silentio non prætermittam, quod sapienter, et erudite Ioannes quadragesimus quartus patriarcha Ierosolymitanus (*lib. de Instit. Monach.*) Eliam monasticam vitam instituisse, colligit ex illis verbis (*Ecles. 48*): *Propheta facis successores post te.* Etenim licet quidam interpretati sint hæc verba ad Eliam dicta fuisse, eo quod ex mandato Dei (*3. Reg. 19*) Elisæum unxit, et sui spiritus prophetici hæredem reliquit; germanus tamen sensus est, nomine Prophetarum non intelligi futura vaticinantes, sed Deum in hymnis, et canticis spiritualibus, ac musicis instrumentis laudantes, ut non obscure iudicavit istra illa (*Paralip. 25*): *David, et magistratus cæcrotus segregaverunt in ministerium filios Asaph, et Enam, et Idithum, qui prophetaverunt cum cytharis, psalteris, et cymbalis secundum numerum suum, dedicato sibi officio servientes: et post pauca: Idithum in cythara prophetabat super omnes confitentes, et laudantes Deum.* Monachos ergo laudantes Deum vocat successores Eliæ, cum ait: *Propheta facis successores post te.*

## OBIECTIO II.

Secundo, obicit Hieronymus Romanus (*lib. 2. cap. 11*), quod varia itineraria legerit, ut Martini de Ampies, Maguntia Decani, et Arandæ Franciscani, qui copiose terram sanctam describunt, dicentes: Hic sepultus fuit A-

braham, hic s. Anna, ibi situm erat monasterium sancti Hieronymi; nunquam tamen locum signant, in quo Elias moratus fuerat. Sed plane ad pauca illa respiciens, paralogizatus est: nam in primis Nicephorus Callistus (*libr. 8. hist. Eccles. cap. 30.*), loquens de Helena loca sancta visitante sic ait: *Deinde ad sacrum Iordanem conuersa, circa speluncam, ubi olim domicilium Baptista habuit, perpulchram aedem illi erexit, atque ad summitatem montis Eliae Thesbytae. Deinde Adricomius (in Theatr. terr. Sanct. in trib. Issachar. numer. 19) haec verba habet: In hoc monte in pede montis Orientali, ait auctor itinerarii Gishelae, spelunca est, et fons, ubi habitavit Elias, et Elisaeus, et filii prophetarum: postea habitauerunt ibi fratres Carmelitae, unde et originem, et nomen habent: et infra pauca interiecit subdit: Ex Captha ad leuam unam, via, quae ducit ad Castrum peregrinorum, per ascensum montis Carmeli, fere dimidia leuca, est spelunca Eliae, in qua latuit fugiens a facie Iezabel, in cuius ostio visionem grandem vidit spiritus, et ignis, ut legitur (3. Reg. 19): Illic est fons, ubi prophetarum filii habitabant, nunc autem inhabitant fratres Ordinis Carmelitarum, fuitque cum eis ibidem.*

## OBIECTIO III.

Tertio, obiicit Hieronymus Romanus (*lib. 2. cap. 9*) manifestum esse, Eliam non habuisse congregationem aliquorum discipulorum, cum monachum habuerit, nisi solum duos, nimirum Elisaeum, et Ionam prophetam, filium viduae Sareptanae; imo inferius falsum affirmat, hunc Ionam discipulum eius fuisse. Sed pugnat cum s. Epiphonio, qui loquens de Abdia in vita eius, affirmat discipulum Eliae fuisse, dicens: *Hic est Vates, qui ter semicenturionem egit, cuique paruit Elias Thesbytes: post haec regiae ordinationis deserit adhaesit diuinator Eliae, et factus est discipulus eius. Pugnatur etiam cum s. Dorotheo (in Synops. Proph.), ubi de Abdia sermonem instituit, ait: Iste Abdias erat de terra Sichem: fuit discipulus Eliae. Pugnatur etiam Ioanne quadragesimo quarto patriarcha Ierosolymitano (de instit. Monachor. cap. 23) haec scribente: Prius quam Elias ab hoc mundo transferretur, fuit et cura monachos discipulos suos filios prophetarum sigillatim visitare, et de patre idoneo eis providere: propter quod descendentes ipsae, et Elisaeus de monte Carmelo, venerunt ambo in Calgola, deinde in Bethel, et deinde in Iericho. Nam sicut praediximus, in his locis habitabant viri religiosi, filii prophetarum, Eliae discipuli.*

## OBIECTIO IV.

Quarto, obiicit (*cap. 8*) Hieronymus Romanus, in monte Carmelo non fuisse religiosos aliquos Ordinis Carmelitarum, sed solitarios quosdam, qui nulla ratione monachi erant,

cum non viverent sub disciplina alicuius religionis approbatae. Hoc sane puerile cavillum est, cum constet, institutum monasticum ante Concilium Lateranense non indignis specialissimi Pontificis approbatione, sed sufficere illam, qua ipsi Pontifices, atque s. Concilia monachismum approbarent. Hinc nemo facile ostenderit, ante Innocentium III, institutum s. Antonii, Basilii, Hieronymi, Benedicti, atque aliorum antiquorum ab illo Pontifice specialiter obtinuisse approbationem. At vero cum quidam amantes, quae sua sunt, et non quae Iesu Christi, hac indulgentia abuterentur, providentibus dicto Innocentio (*cap. fin. de relig. dom. in 6*), coepit esse necessarium, quod antea erat liberum.

## OBIECTIO V.

Quinto, deinde idem Hieronymus Romanus (*lib. 6*), quem vocat de republica (*cap. 10*) ait, religionem Carmelitarum non habuisse primordia ab Elia, et eius successoribus in monte Carmelo, sed anno 796. tempore Papae Leonis III. accepisse quandam regulam ex approbata ab Ecclesia, Basilii scilicet, Augustini, aut Benedicti (*cap. ver. 8. supra cit.*) sui defensoris ad magis expugnam antiquitatem huius sacrae religionis subiungit in nullo Concilio eorum, quae in Graecia celebrata fuere, mentionem aliquam fieri Carmelitarum, cum alioquin non semel mentio fiat monachorum Syriae, Hierosolymae, et Graeciae; sed et in hoc etiam, sicut in reliquis mendacissime loquitur: nam praeter quam quod argumentum ab auctoritate negativa nullius roboris est; certe in Concilio Constantinopolitano varii praetati huius Ordinis conuenerunt, quorum in eadem Synodo fit mentio, et nominatim prioris montis Carmeli; unde in subscriptionibus illorum Patrum specialiter habentur haec duae: prima, *Theotistus Dei misericordia presbyter, et prior monasterii sanctae et gloriosae Dei genitricis semper Virginis Mariae.* Constat autem tunc in Palaestina nullum templum sacrum fuisse, nisi Virginis de monte Carmelo: unde in secunda subscriptione haec verba habentur: *Syllas Dei misericordia presbyter, et prior monasterii Eliae.*

Ceterum, ut clarius imolescat delirium huius hominis, et omnia, qui eius sententiae adhaerent, aperissime demonstrabo institutam ab Elia religionem usque ad nostra tempora perdurare sub tutela b. Mariae de monte Carmelo, quam Ordo Carmelitarum, qui nunc mirifice viget in Ecclesia, proficitur: id in primis probat testimonium divi Cyrilli Ordinis Carmelitarum viri sanctissimi, qui libro ad Eusebium Eremitam montis Naerici ex professo hanc partem docens, sic loquitur: *Illo itaque in tempore quavis pauci, verumtamen probatissimi monachi nostrae religionis demissis mansionibus, quas habebant in urbis, et villis, hunc Carmeli montem non deserentes, iugiter in eo, et quibusdam aliis eremis terrae sanctae per-*

manserunt sub disciplina monasticae vitae eremiticae per Eliam prophetam instituta.

Secundo adest testimonium abbatis Trithemii in hoc genere argumenti diligentissimi historiographi: hic enim de laudibus Carmelitarum (*cap. 2*) haec scribit: *Consentit ergo nomen loci, ut Elias sit fundator Ordinis Carmelitae. Unde non sunt vituperandi fratres huius sacrae religionis, quod Eliam, et filios prophetarum sui Ordinis fundatores, et principes asseverant. Idem etiam Trithemius (cap. 3) inquit: Isti sunt viri fortes, atque prudentes, qui monasticae conversationis fundamenta iecerunt, qui post Eliam montem Carmeli inhabitantem, se habuit, et conversatione Deo dignos exhibuerunt. Ab his Ordo Carmelitarum initium sumpsit, et vocabulum: ipsi enim Ordinis Carmelitae conversationem legis tempore serauerunt, a quibus nostri Carmelitae nomen acceperunt, et ordinem. Idem similiter Trithemius de laudibus Carmelitarum (*cap. 2*) ait: A tempore siquidem Eliae, et Elisaei prophetarum Dei usque ad Christi natiuitatem, plures montem Carmeli amore solitudinis incoluerunt, sicut ex veterum historiarum aperte demonstratur. Nam post passionem Domini, praedicantibus fidem Apostolis, inter multos, qui tunc convertebantur, etiam Carmeli montis eremitae conversi sunt, qui deinde crescente numero fidelium, in Carmeli montis latere, in honorem Dei genitricis, et Virginis Mariae, capellam extraxerunt. Unde et vocabulum loci, et religionis recipere meruerunt. Nec mireris, si Monachos etiam ante Christi natiuitatem in Israel fuisse dixerim, qui montem Carmeli, et deserta solitudinis inhabitauerunt.*

Tertio, extat testimonium Ioseph Antiocheni (*in spec. milit. Eccles. primit. cap. 12*), ubi inquit: *Persectorum militum Christi, id est, Apostolorum, coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarii, contemplationique dediti, sanctorum prophetarum Eliae, et Elisaei imitatores, qui de monte Carmelo descendentes per Galilaeam, Samariam, et Palaestinam, fidem Christi constantissime sparserunt, quique in Virginis Mariae honorem in Carmeli montis declivio fabricantes oratorium Saluatoris Matri specialissime seruerunt.*

Quarto, produco testimonium Eraldi Carthusiensis, qui in fasciculo temporum, in descriptione anni 1294. sic ait: *Nobilissima civitas Aconis a Sarracenis destruitur, ac demum Deiparae Mariae in Carmelo monasterium, ad quatuor miliaria civitatis vicinum, ab eis igne crematur, fratribus in eo degentibus, perfidorum gladius trucidatis. Et tunc, proh dolor, Ordo Carmelitarum mellifuum locum ex toto perditum, in quo ab Eliae, et Elisaei prophetarum tempore duobus millibus ducentis, et viginti uno annis perstiterant. Idem anno 300. a creatione mundi ante Christi ortum annis 923. sic ait: Elias propheta, Auriga Israel, et origo religionis Carmelitanae Elisaeo vivente rapitur. Idem circa annum Domini 450. ita loquutus est: Elisaei prophetae, Carmelitanae religionis primi post Eliam patris, et Patre Sigiberto, Geomoblatense teste, ossa transferuntur de Samaria in Palaestinam.*

Quinto, accedit Thomae Waldensis testimonium, cuius auctoritas, et doctrina apud catholicos viros laudatur, et ab haereticis valde timetur: hic scribens adversus saae aetatis fidei oppugatores, praecipue adversus Wiclephum (*de sacramentalibus tit. 9. cap. 89*), ita ostendit Carmelitas ab Elia, et Elisaeo emanasse, a quibus monasticam professionem emittas probat; atque adeo eandem esse hanc religionem Carmelitarum cum illa, quae incepit in monte Carmelo ab Elia.

Sexto, extant literae Episcoporum terrae sanctae, Illustrissimi Nicosiensis Archiepiscopi, Episcopi Ebronensis, venerabilis patris Domini patriarchae Hierosolymitani vicarii, Gulielmi Tyberiadensis Episcopi ad Papatu Bonifacium Octavum ex Acone anno Domini 1282, die 23. Mensis Septembris datae: similiter patris Nicolai Longini magistri domus hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani, et Gulielmi de bello, loco magistri militum templi ad eundem Pontificem anno Domini 1284, 12. Mensis Iulii, quibus ex certa scientia declarant, Ordinem Carmelitarum in terra sancta, sive Palaestina exstitisse, a tempore cuius non extat memoria, ut latius videre est apud Thomam Waldensem (*tom. 3. tit. 9. cap. 89. de sacramentalibus*), ubi Iustus Ordinis fundatorem, et patriarcham esse sanctum prophetam Eliam, adversus obtractatores Wicleph defendit. Praeter haec iam olim anno Domini 1374, iudicio 13. Pontificis Gregorii XI. Ioanne de Donelico celebratae olim universitatis Cantabrigiae cancellario, et praesentem aliorum Ordinum doctoribus, Rogero de Palesley Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Ioanne Barnebach Ordinis fratrum Minorum, et aliis multis artium, iuris, et sacrae theologiae magistris, ac doctoribus, prout in literis eiusdem cancellarii, et a quo notarii, publico instrumento ea de re confecto, latius continetur, celebre decretum editum fuit in favorem huius veritatis: cum enim tempore Gregorii XI. Ordinis Adversarii eius antiquitatem detraherent, irriderentque, Carmelitas vero Eliae successores appellari, visis, ac examinatis eorum adversariorum rationibus, academia universa decrevit, Carmelitas non solum Eliae, et Elisaei imitatores, sed potius veros, ac legitimos successores eius fore appellandos; et quamvis academiae decretum Gregorius XI. confirmaverit, impissimus tamen haereticus Wicleph adversariorum factionem denuo excitavit, et contra Carmelitanum Ordinem, eiusque antiquitatem invehit coepit; sed contra illum eius verba referens insurrexit Waldensis (*in l. de sacram. tit. 9. cap. 89*), probans Carmelitici Ordinis antiquitatem, haereditariamque ab Elia successionem, cuius opera postea fuerunt approbata a Martino V. qui ex decreto Cardinalium in bulla, quae incipit: *Placuit nobis*, illa confirmavit.

Septimo, accedit Richardus Armach. Archiepiscopus Hibernus, qui in quodam sermone habito in festo conceptionis beatae Mariae, Aviniono coram conclavi Cardinalium, cuius initium est: *Ave Maria*, praemissis aliis, sic inquit: *Quoniam, ut dicunt, fide dignae historiae, a tempore Eliae, et Elisaei prophetarum, qui*

saepius morabantur in Carmelo, iuxta civitatem Dominæ nostrae Nazareth, ad tria millaria, secretius solebant homines inhabitare decotti usque ad tempora Saluatoris, et tunc Eremitæ, scilicet Carmelitæ, prædicantibus Apostolis, in fide solidati, in latere uno montis ipsius Ecclesiam primo construxerunt in honorem b. Mariae Virginis illo in loco, in quo didicerant, ipsam cum aliis sodalibus in vitæ suæ saepius moram traxisse, et ob hoc nimirum inter alios religiosos Dominæ nostræ sunt adscripti, ut vocentur fratres beatæ Mariæ de monte Carmelo, qui insuper in principio nascentis Ecclesiae, in partibus illis prædicando Evangelium, solidissime laborarunt. Igitur gaudet præ ceteris Ordinis, antiquitatis, honore; hæcenus ille. Hoc testimonium hisdem verbis refert magister Berivius Anglicus, et Palcyonidus (cap. 1. pri. lib.), Waldensis (de sacram. tit. 9. cap. 8), et Navarrus (de horis Canon. cap. 21. nu. 27). Illud vero in hoc Archaici testimonio notatione dignum est, illum non ex suo Marte, ut de tanto viro credi debet, aut ex apocryphis, minus quam veris historiis, sed ex fide dignis id sumpsisse.

Octavo, Clithoveus theologus insignis in sermone habito in comitiis provincialibus Carmelitarum, qui habetur inter conciones sanctorum, ab ipso editas, paulo post initium ita ait: Antiquitate non est indignum, Carmelitani Ordinis exordium ob tria præcipue excellentiam quamdam habere. Primo, quia ante institutionem præcognitam est divino nutu, et revelatum: memoria enim proditum est, ut scholastica refert historia, Eliam Thesbytem de tribu Aaron progenitum, primum religionis huius fuisse autorem: et infra: At hi, qui primam Carmelitano Ordini præstiturunt originem, ut Elias, et Eliseus, ex Iudæis nati sunt, qui eorum ceteris religionibus iecerunt fundamenta, eorum gentibus progeniti sunt. Constat itaque antiquior Carmelitane religionis, quam aliorum Ordinum esse originem, et ratione exordii ceteris præstare; hæc Clithoveus.

Nono, il confirmat Philippus Hieropolitanus Abbas apud Palcyonidum (lib. 2. cap. 1), ubi de antiquitate Ordinis Carmelitani his verbis meminit: O Carmelitarum religio, quam magna facta est in domo Domini? Nunquid ne olim a medico fonte Eliæ Dei prophetae principium habuisti? et ecce nunc in magnum fluvium crevisisti: tu olim plantata in eremo, nunc facta es civitas plena populo; tu fundatorem habes adhuc in paradiso viventem, et gloriosam Virginem Mariam Reginam cœli, Dominam mundi in patronam singularem: sicut enim de te olim pronocesserunt patriarchæ, et prophetae, sic nunc de te procedunt sacerdotes et levitæ, doctores et evangelistæ, qui patres patroni omnium religionis facti sunt; hæc ille.

Decimo, testimonium affero Genebrardi nostri temporis diligentissimi Historiographi, qui, ut doceat Carmelitas ab Elia propheta initium sumpsisse, reficit Polydori sententiam, qui Americi tempore censebat Ordinem hunc incepisse, verba Genebrardi referam: Ordo Carmelitarum, qui tunc variegata clamide inducebatur, initium habuit in desertis Syriæ, Ayme-

rici Antiocheni Antistitis opera, ut refert Polydorus Virgilius (lib. 7. de invent. rer. cap. 3); sed eorum origo altius rependenda est: nempe a prophetis Elia, et Eliseo, qui Carmelum montem terræ sanctæ primi consecrarunt, et discipulis ibi reliquerunt, quos Scriptura alios prophetarum appellat: in Europam eum postea adduxit Albertus patriarcha Hierosolymitanus: primi sunt Mendicantium; hæc ille. Cuius vir quanta sit in conscribendis historiis auctoritas apud omnes præcipue viros doctos, ita notum est, ut eius testimonio secure possimus acquiescere.

Ne autem in recensendis doctorum testimoniis prolixior videar, quam par est, contentus ero doctorum nomina solum indicare. Hi sunt Petrus Thomasius, b. Ioannes Ioretha, Michael, et Gerardus de Bononia, Ioannes de Baccone, Tho. Beauxamis, b. Ioannes de Carmelitis agentes, Rodul. (in ser. de conce. b. Virg.), quem habuit in conventu Avenionensi coram venerabili coetu S. R. E. Cardinalium, Vincent. Rolevinck Carthus. in fasciculo temporum, qui extat inter antiquitates Germaniæ, Carolus Fernandus, et Ioann. Trithem. uterque (distincto lib. de laud. Carmelitarum), Gulielmus Cysengreineusis (centur. 1. tract. de coelibatu, et Monachis), Antonius Abbas Vercellensis. (com. suo ad 7. Cant. Cantorum), Philippus Abbas Hieropolit. (ad illa verba Ioa. 1. Miserunt Iudæi), Ferdinandus de Castillo (hist. suæ Dominicane part. 1. lib. 2. cap. 65), Iudocus Badius (in Part. 1. lib. 2. Mantuani), Clithoveus (in orat. ad Carmelitas adducens suffragatores), Iosephum Antiochenum, Ioannem Hierosolymitanum, et historiam scholasticam, Gulielmum Postellum (lib. de universitate tit. de Syria), Ioannes Molanus in Martyrologio, partim ad diem 17. Iunii, vocans Eliam Carmelitanum Patriarcham, partim ad diem 17. Octobr. adscribens Eutichium, qui tertio Christi sæculo, aut, ut alii distinguunt, quarto, floruit magnæ sanctitatis virum Ordini Carmelitano, similiter ad 12. Ianuar. Ioannem Hierosolymitanum iuniorem, Paulus Morigia Ordinis Iesuitarum (de orig. religionum cap. 30), Ioannes Bonifacius (histor. virgin. lib. 2. cap. 1), Baptista a Glano Ordinis s. Augustini in historia Pontificali in vita Deodati, huius nominis primi, ad annum 615, et in Honorio III. ad annum 1216. Ioannes Baptista, Confertius Florentinus in summario privilegiorum fratrum Mendicantium.

Undecimo, eandem veritatem constabunt sacrorum Pontificum oracula: etenim Sixtus IV. in bulla, quæ incipit: Dum attenda meditatione pensamus, data Romæ anno 1477, sic ait: Ordinem ipsum, ac illius personas, sub Sedis Apostolicæ, et Ecclesiæ Romanæ protectione immediate existentes, et inter ceteros regularium Ordinum professores in firmamento catholice fidei militantes, tanquam religionis spectulum, et exemplar, speciali charitate fulgentes, sanctorumque prophetarum Eliæ, Elisei, et aliorum patrum, qui montem sanctum Carmeli iuxta Eliæ fontem habitaverunt, successionem hæreditariam tenentes, fructus quoque etc. Hæcenus Sixtus IV. Fere idem repetit Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. Pontifices Maximi, qui in bullis, Ordini Carme-

litano concessis, eodem fere verborum tenore utuntur, imo et novissime Clemens Oclavus in bulla novæ Disalceatorum reformationis constitutiones confirmavit, successionem hæc hæreditariam ab Elia propheta eos habere declaravit, ut videre est in initio illarum constitutionum. Quamvis autem prædictorum Pontificum testimonia non id tradant, tanquam rem fide divina credendam; infra limites tamen humani testimonii nullum maius, aut firmiter proferri potest, quam tot Summorum Pontificum testificatio.

Duodecimo, insignis poetæ Mantuani testimonium in eclogis appono: præclara ille hæc carmina cecinit, quibus singularia, ac varia Carmelitici Ordinis præconia complexus est:

Embo genus nostrum, generisque exordia dicam.  
Venimus Assyris, ut candidus inquit, ab oris  
Est pater Elias nobis, qui suscitavit acris  
Pastorum genus omne malum, qui traxit Olympo  
Flammigeros ignes, quæ ascendit in æthera curru.  
Pastores alii quotquot per rura vagantur,  
Omnia sunt rivi nostris de fontibus orti.  
Nos delinens leges pascendi, ostendimus artem:  
Nos radix, alii rami, sed nos quoque rami  
A veteri radice terram iam ætate caduci,  
Tradidit Elias certam pastoribus artem.

Idem etiam auctor (lib. 3. Parthen.) hæc subdit:

Mons patrum pietate sacer, lateque priorum  
Inclitus hospitio vatium; nam dicitur illine  
Discipulo ambustam jacens aere vestem.  
Illis ardentis coelum petiisse volatu,  
Eliæ perpetuis, ceu missi a fontibus amnes  
Religio, et sacri fluxit reverentia cultus.  
Quicquid habent alii montes pietatis ab isto  
Ducitur: hæc nua plures e vile ræconi  
Diffusa late terras, atque æquora complent.  
Hinc Carthusiæc æterna claustris,  
Hinc varias Benedictus oves collegit; ab isto  
Cannabæ nodosa tunica arere fluentes.  
Lignipedes didicere viri, quibus arva colebant,  
Invia, et assiduo terras ardore calentes:  
Et quos Cyriacus de littore vexit Ibero,  
Hinc orti sanctum, et summo genus ordine dignum,  
Hinc nostri venerè Patres.

Accedit quod Ioannes Iustinianus, Ordinis Prædicatorum ex chronicis Tolosanis, refert, cuidam Episcopo Carmelitano dubitanti, an liceret celebrare festum cuiusdam honestæ foeminae, nomine Susanna, apparuit ei Daniel propheta, qui certum illum reddidit de Susannæ sanctitate; postea vero interrogavit ipsum Danielem, qua ratione apparuisset illi monachali habitu indutus, et ille respondit hæc verba: Omnes fere prophetae huius religionis filii fuimus a tempore Samuelis.

Ultimo idipsum ostendo ex variis rationibus, quas nemo absque temeritate inficiari poterit. Etenim, ut refert d. Hieron. (in epist. ad Paulin.): Habet unumquodque propositum, sive institutum principis suos. Id quod præter exempla, quibus idem confirmat, satis utique omnibus exploratum est, nullam esse religionem, quæ non recognoscat aliquem suum autorem, a quo primordia sua acceperit, Carthusiensis CARTHAGENA de B. M. F. — Vol. III.

s. Brunum, Benedictina s. Benedictum, Dominicanæ, et Franciscana; patriarchas suos Dominicum et Franciscum recognoscit. At universa religio Carmelitarum semper venerata est Eliam, tanquam primum suum institutorem; nec alium alium primum Patronum unquam coluit, quam Eliam, peneque innumeri auctores tam vetusti, quam recentiores, nec non sacri Pontifices in suis Apostolicis bullis id ingenue acceptant. Ergo nemo, nisi cum ratione ipsa pugnare velit, id negare poterit.

Rursus antiquus mos inolevit, sæpe religiones appellationem desumere a loco, in quo ortum habuerunt, et in quo earum institutum primitus fuit observatum, et in reliquis mundi plagis derivatum: etenim Ordo Cluniacensis a Cluniaco, Cisterciensium a Cistercio, Carthusiensium a Carthusio, et ordo Hospitalium a Hospitali Hierosolymæ fundato a s. Ioanne, nomenclaturam suam mutuaverunt. Cum ergo sacra hæc religio Carmelitica nuncupetur, manifestum est hæc appellationem non aliunde ei convenire, nisi quia in monte Carmelo habitum in initium et ortum suum, et ab illo in reliquis partes fuit derivata. Deinde auctores, qui Albertum patriarcham Hierosolymit. primum Carmelitici Ordinis fundatorem esse volunt, ipsimet fatentur, Albertum tantum Ordinem iam prope labentem sua regula exerxisse; qui vero ab Americo Ordinis primordium computant, ipsi etiam libere concedant Americum tempore Alexandri Tertii Carmelitas per Carmeli saltus dispersos in unum congregasse, ac commodioremque vivendi formam redegisse; qui vero a Ioanne Hierosolymitano circa annum Domini 400. regulam accepisse dicunt, ipsi quoque admittunt, Ioannem Hierosolymitanum, aut equam regulam Carmelitis traderet, eorum conversationem, institutumque fuisse amplexatum. Alii tandem, qui Carmelitici Ordinis initia ad Apostolorum tempora referunt, nullum certum autorem designant, neque expliant, quando et quomodo id confiterit.

Ad hæc b. Virgo revelavit s. Thomæ Stoch, ut in eius vita legitur. Ordinem fratrum de monte Carmelo duraturum usque in diem iudicii; manifestum est, hoc non posse verificari de alia religione, quam de ea, quæ nunc nuncupatur s. Mariæ de monte Carmelo. Accedit, quod extat Apostolicæ sedis decretum cum Cardinalium consilio a Sixto V. editum, in quo caulum est, ut Carmelitarum religio Eliam, et Eliseum, sui instituti patronos colat, et in eorum memoriam dies festos faciat, et propria eorum officia recitet: inter alia autem, quæ in Eliæ officio, et festivitate per sedem Apostolicam approbato decantantur, ille insonat hymnus:

Hic sacri est ductor, columnen decusque  
Ordinis nostri superisque gratos;  
O pater salve placidosque tuos  
Ecceipie Altissimas.

Fit etiam de eodem Elia in toto ordine Carmelitarum commemoratio, quæ soli patrono, ac Ordinis auctori debetur. De ipso præterea missæ sacrificium tanquam patrono celebra-

tur; quis autem nisi temere dicat, Pontificem errare in approbando de monte Carmeli laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino nutriti: intelligens autem, quosdam eorum, qui ex Occidente supervenerunt, spreitis seniorum monitis, non recte ambulare ad veritatem religiosae vitae eremiticae, in praedicto Ioannis libro descriptae, et perpendens, hoc ideo maxime contingere, quia Graecas literas ignorantes, nesciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Graeco in Latinum transferri; haec div. Cyrillus.

Audiant ergo, quibus Carmelitici Ordinis mira antiquitas exosa est: audiant, inquam, velint, nolint d. Bernard. (in Epist. ad fratres de monte Dei), ubi ait: Quosdam esse, qui cum manifestum lumen veritatis obumbrant, non quent, de solo novitatis nomine cavillantur, veteres ipsi, et in veteri mente nescientes nova mentis, utri veteres, non capientes vinum novum: et paucis interiectis: Sileant ergo, qui in tenebris lucem indicantes, eos arguunt novitatis ex abundantia male voluntatis potius arguendo ventustatis, et vanitatis.

## OBJECTIO VI.

Sexto non possum praermittere, quae adversus Carmelitarum antiquitatem Illustrissimi cardinalis Baronius, insignis huius temporis historiographus tradit. Elenim ille in suis annalibus ad annum 318. primas monachatus tribuendus esse arbitrari magno Antonio, tanquam primo coenobiticae vitae institutori: quod sane si verum esset, nequaquam religio Carmelitana tantam sibi antiquitatem arrogare posset, ut ab Elia illam ducere praesumat: revera tamen antiquiorum doctorum sententia contrarium fert, quos supra retuli, dum asserunt, Eliam non tantum monachum fuisse, sed et divino inspirante spiritu, adeo firma iecisse vitae istius monasticae fundamenta, ut nulla unquam temporis injuria intereiderit, sed in Carmelitici eius gratiae, et loci haereditis Deo conservante, usque in praesentem diem sit continuata; praesertim tamen id docent Trithemius (de laudibus Carmelit.), Ubalensis (de sacrament. tom. 9), Ioannes 44. Hierosolym. (libro de institut. Monach.) per totam, Iosephus Antiochenus (in spec. perf. milit. prim. Eccl. lib. 12. c. 72), Chronica Romana apud Paleonydorum (lib. 1. cap. 6) cum aliis pene innumeris, a me supra relatis. Deinde ante Antonium manifestum esse plures fuisse monachos in Ecclesia: eorum Antonius floruit anno 300. et tamen quinquaginta retro annis d. Damasus in vita s. Dionysii affirmat illum esse monachum. Idem tradit Genebrardus 267. imo et ipse Baronius (tom. 2. anno 161). Fuit autem hic Dionysius primus, qui ex monachis fuit assumptus in Summum Pontificem: fuit autem eius electio anno 266. ut tradit Eusebius in Chronico, qui et affirmat, eiusdem temporibus non paucos coenobitas dispersis cavernis, et speluncis terrae, ob tyrannorum persecutionem lati-

## OBJECTIO VII.

tasse. Inter opera praeclara de Dionysio Areopagita, qui floruit tempore Apostolorum, epistolam legimus ad Demophilum monachum, et (in libro Eccles. Hierch.) ipse ex professo explicat formam, et modum observari solitum in habitu religioso tradendo, et ad professionem acceptando in coenobis. Cassianus item (Collatio. 18. capite 5), et in prologo ad Casthor. necnon Genebrard. (libro 3) circa annum Christi 139. affirmant, a tempore primitivae Ecclesiae fuisse varia monasteria coenobitarum, qui in communitate vivebant, quae et durarunt usque ad tempora Antonii, et Pauli: unde divus Athanasius in vita s. Antonii refert, ipsum Antonium postulasse a sene quodam ex illis monasteriis, ut eum sub eius disciplina docendum reciperet. Divum autem Athanasium vere esse auctorem huius libri, ambigendum non est, cum id expresse contestentur d. Hieronymus. (de viris illustribus in vita Antonii et Anastasii), d. Gregor. Nazianzen. (in Athanas.), div. Augustinus (libro 8. confess. cap. 6), et Rufinus (libro 1. histor. cap. 8). Accedit his, quod div. Hieron. (in vita s. Eugeniae prima par. in vitis Patrum), et quotquot vitam illius narrant, affirmant, habitu virili indutam, monasterium coenobitarum ingressam fuisse prope Alexandriam: iuxta autem computationem ipsius Baronii (tom. 2) id accidit circa annum 188. imo ipse addit monachos illos successores Essenorum fuisse, quos constat multo antiquiores esse Antonio: ipse etiam cardinalis Baronius (tom. 3) circa annum Christi 328. asserit, Antonium instructum fuisse in disciplina monastica per quendam monachum, Essenorum successorem: quare ipse Baronius praecitato loco non audens Antonium indubitanter primum coenobitarum institutorem facere, addit, vel restituerem; sed quae adduximus, perspicue improbant illam disinctionem. Obiicit itidem Illustrissimus cardinalis Baronius, quod cum apud s. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, et alios saeculi illius scriptores, frequens mentio fit de monachis in Palaestina degentibus, nusquam de monachis Carmelitini meminerint, manifestum indicium esse, falso sibi tantam antiquitatem arrogasse. Certe nemo est tam ignarus, qui non probe agnoscat argumentum ab auctoritate negata, sed non negante, a philosofo in Topicis reprobari, aique profici tanquam inutile ad reidubiae faciendam fidem; nec abs re: nemo enim omnia scivit, aut dixit, aut dicere debuit, aut voluit. Unde Illustrissimus pariter, et doctissimus cardinalis Bellarminus (lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 8) simili argumento in hunc modum occurrendum censuit: Respondeo, inquit, nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negata; non enim sequitur, Lucas, Paulus, et Seneca non dicunt Petrum fuisse Romae, igitur Petrus non fuit Romae. Non enim isti tres omnia dicere debuerunt, et plus credidit tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus.

Septimo non solum Hieronymus Romanus (c. 8. sui defensori), sed et illustrissimus Baronius tom. 6. ad annum Christi 444. obiiciunt Ioannem 44. patriarcham Hierosol. non fuisse Ordinis Carmelitici, nec auctorem libri de institutione monachorum ad Caprasium, qui habetur to. 9. bibliothecae sanctorum Patrum: verba Illustrissimi cardinalis haec sunt: *Facessat ergo eiusmodi de monachismo Cyrilli Fabella, sicut illa huic haud impar, qua traditur, et Ioannes Hierosolymorum Episcopus fuisse, et iam monachus Carmelita; sicut enim haec levi-ter effinguntur, ita et facile reselluntur: flagrans quidem cupido nobilitatis acitae cogit interdundum homines delirare. Verum in primis illum monachum fuisse disertis verbis tradit d. Hieronymus (in epist. ad Theoph.), ubi loquens de illo, occasione eiusdem, quae inter eos erat disceptationis, haec scribit: *Monachus, prohodolor, monachis et minatur, et imperat exilium, et hic monachus Apostolicam cathedram habere se iactans. Monachus autem fuisse Carmelitanae tradunt Archaenachos apud Ubalensium (de sacrament. tit. 9. c. 89), Moriga (l. 1. de orig. religionis c. 30), Platus (de bono stat. l. 1. c. 22), Paleonydorus (l. 2. c. 6), Molanus (in suo Martyr.) die 13. Ianuarii, nec non et Trithemius de laudibus Carmelitarum, et communis traditio huius sac. Ord. Illius autem libri Ioannem auctorem fuisse, ubi religiosum Carmelitam se proficitur, eiusque religionem eandem esse cum ea, quam Elias instituit, his verbis tradit d. Cyrillus Hierosolymitanus (in epist. perlonga ad Eusebium): *Volumen de institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, et in nova praeseverantium ad Caprasium monachum, est Ioannes 44. Hierosolymorum Episcopi, eius videlicet, qui circa annum Domini 400. Arcadio, et Honorio imperatoribus, sanctis Epiphonio, et Hieronymo suspectus fuit de haeresi Origenis. Latiusque idem narrat (epist. ad Abb. Ioachim), quae habetur in speculo ordinis Carmelitici (l. 8), ubi haec d. Cyrilli verba legimus: *Fuit autem tempore Arcadii, et Honorii imperatorum quidam ditorum religiosorum Pater mirae virtutis, et perfectionis, Ioannes nomine, qui ceteros consortes suos eiusdem montis monachos, exemplo suo et magisterio sollicitè inductos ad perfectionem acquirendam, secundum prophetiam disciplinae vitae monasticae per Eliam prophetam instituta. Quam disciplinam Ioannes eis exponeret ab diversis literis, tam veteris, quam novae legis, et ex nonnullis tractatibus editis a praedecessoribus suis: qui tandem propter eius sanctitatem in Pontifice Hierosolymae Ecclesiae sublimata, a Apostolo Iacobo in Episcopatu eiusdem Ecclesiae quadragessimus quartus successit. Hunc Ioannem charissimum eius discipulum, Caprasium nomine, eiusdem montis et religionis monachum, suppliciter flagitavit, ut quae de institutione huius religionis, et primis eius fundatoribus, et de perfectione ad exemplum eorum acquirenda, frequenter disseruerat, dignaretur sibi, et suis consortibus brevitè reddere in unum colu-****

ma, in quo omnia per ordinem intuerentur, ne opereretur eos librorum unicersitatem evolere: Ioannes ergo cernens, quod propter occupationem suscepti officii, non possit ulterius in eum in monte Carmeli residentiam trahere: quod Caprasius ab eo flagitaverat, opere complerit, scriptis enim eloquio, et literis Graecis, in quodam libro primariam nostrae religionis institutionem, et fundatorem eius dignitatem.

Cam ergo Cyrillus vir fuerit doctrina praecellentissimus, atque secundus in Carmelo prior, eum quo antea diu commoratus fuerat, atque eo familiarissimus usus, quoniam pacto latere eum potuit vere ne Ioann. XLIV volumen esset, procurante Aymerico et graeco latine reddi? aut si ipsum res haec latuit, quorsum vir ille sanctissimus, et fidelis amicus Dei, ut eum vocat Molanus, ad diem 6. Martii remota omni dubietate tanquam serio confratri suo Eusebio priori Eremitarum montis Nerei describit Ioannem Hierosolymitanum XLIV. Episc. temporibus Arcadii, et Honorii imperatorum instituti Carmelitarem antiquitatem, et primordiam graeco idiomate conscripsisse, atque eadem scripta nuper iussu Aymerici, in gratiam Eremitarum latinorum latinitate donata? Deinde librum illam tanquam vero eius auctori tribuendum esse Ioanni XLIV, expresse fatetur Vincentius in suo spiculo historiali, Philippus Ribollus (in praefatione librorum de inst. Carmel.), Thomas Ubaldoensis (de religionum veterum contra Wicleph.), Ioannes Paleonydorus (in epist. ad patrem Romaldum, et lib. 2. antiquitatis Carmelitanae cap. 6), Hieronymus Platus (lib. 2. de bono stato rel. g. cap. 22), Azofius (institutionum moralium lib. 12. cap. 23). Hi omnes disertis verbis fatentur auctorem istius libri fuisse Ioannem quadragesimum quartum Hierosolymorum Episcopum ex Carmelitae assumptum, qui floruit Arcadio, et Honorio imperatoribus; quibus accedit, quod in impressione scenula bibliothecae sanctorum Patrum tom. 9. facta prius diligenti examine per gravissimos viros historicorum peritissimos, an illius libri auctor esset Ioannes quadragesimus quartus, cum id verissimum esse reperirent, apposuit est denno ille sub nomine Ioannis Hierosolymitani 44. patriarchae. Quare minime crediderim, alumnos huius sacrae religionis inanis gloriae ambitione laborantes, ut putat cardinalis Baronius, arrogasse sibi, hunc patriarcham assumptum fuisse ex suo Carmelitano Ordine; nam si cupidine nobilitatis avitae mentiri libuit, cur huic Ioannem quadragesimum quartum Hierosolymorum Episcopum Carmelitam esse voluerit potius, quam Iustum, vel Zachaeum, Tobiam, vel Beniamin, Ioannem, vel Iustum, Levi, vel Ephrem, Iudam, vel Marchum, Cassianum, vel Publium, Maximum, vel Iulianum, Gainum, vel Capitonem, vel Antonium, Valentem, vel Dolichianum, Narcyssum, vel Hieronimum, alios Hieronimum, Macharium, vel Maximianum; nam isti omnes Episcopi Hierosolymitani fuerunt, et meliorum pars, monachi: si, inquam, cupidine lucti, ambitionis, nobilitatis avitae, cur huic uni, si fingere libuit, et praesertim de erro-

ribus Origenis gravissime nolote potius, quam cupiam ex supra dictis nullius erroris suspecti librum ad Caprasium appinxerunt?

Porro, cum ex praedictis omnibus non obscure liqueat Ioannem XLIV. patriarcham Hierosolymae vere fuisse monachum Carmelitam, oportet eum nunc vindicare ab haeresi sibi a nonnullis imposita: etenim idem illustrissimus cardinalis Baronius lo. 4. ad annum Christi 392. vocat illum, Origenis errorum patronum, et Origenistarum fautorem, quod confirmat ex variis locis d. Ephiphanius, et Hieronymus in epistolis ad illum scriptis.

Verum ego, iam apud sanctos Patres, etiam Hieronymum et Epiphanium, quam apud gravissimos auctores reperio, vitum fuisse non solum ab omni haeresi alienum, sed haereticorum acerrimum expugnatorum, ac insigni sanctitate conspicuum; et quidem in primis Anastasius Papa in epistola ad ipsum Ioannem de Rufino ei rescribens, ac ut Origenistam eum damnans, ipsum Ioannem, ut sanctissimum his verbis commendat: *Ut aiori tuo gratias ago, ita splendorem tuae sanctitatis, et eas, quas in Domino habes virtutes, subinde quodammodo, parcitatis nostrae favoribus sermo prosequitur. Tam eminenter, vir omnium praestantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus, ut par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto titulum tuorum rapior incitamento, ut etiam, quod impetrare nequeo, audere non desinam. Iam hoc de laudibus est tuis, quod me tantum de coelestis animi istius serenitate laudasti: tui enim Episcopatus ordo perspicuus, per diversum orbem velut radians etiam ad nos splendorem sui detulit claritatem; haec Anastasius Papa, qui certe non ita serio Ioannem laudaret, si aliqua Origenis laube ineret: divus Cyrillus in epistola ad Abbatem Ioachim, et epistola ad Eusebium Eremitam Montis Nerei, ita de eius sanctitate testatur: *Fuit autem tempore Arcadii, et Honorii imperatorum in monte Carmelo Pater dictorum religiosorum quidam vir mirae virtutis, et perfectioris, Ioannes nomine, qui ceteros consortes suos eiusdem montis, exemplo suo, et magister sollicito inducebat ad perfectionem acquirendam secundum prophetiam disciplinam vitae monasticae per Etian prophetam instituta. Sanctus Theodoretus (lib. 5. cap. 23. et 37) in hunc modum de Ioanne loquitur: Hierosolymorum Ecclesiae praesidebat Ioannes, vir mirabilis, successor Cyrilli. Trithemius deinde praecitato Ioanne inter divos, quos in suo martyrologio refert, adscribit Ioannem in haec verba: *Item s. Ioannis Episcopi Hierosolymitanae Ecclesiae Ordinis Carmeli professoris; sed et ante illos eius sanctitatem commendavit Nicephorus Callistus (lib. 14. capit. 30), dum ait: Hierosolymis Cyrillo divinus Ioann. successerat, et (lib. 15. cap. 34) haec verba scribit: Patriarcha Ioannes una cum sanctis illis viris, postquam non brevissimo tempore, huiusmodi successorem reliquit. Idem etiam tradit haereticorum oppugnatorem acerrimum fuisse, in cuius testimonium refert illum religioso quodam stratagemate illuisse***

Severum Imperatorem, ut cum ille expectaret eius errores approbandos a Ioanne, ille publice eos damnavit: verba Nicephori sunt haec: *Ioannes suggestum consecendit ex utraque parte, Sabbae, et Theodosii propugnatorum fidei manibus utriusque suffultus: atque ubi paululum contulit, et multitudinem etiam missitas se audivit minus sanonem fidem, anathemate condemnari debere, fiduciam plenus huiusmodi protulit verbum: Si quis Eutychei, et Nestorio, et Severo, et Sotherico Caesareae Cappadocum Episcopo assentitur, anathema sit.*

Atque hinc est, quod doctissimus Possesivus ex Ordine Iesuitarum (tomo 2. fol. 205) ab omni haeresi alienum, imo sanctitate clarum illum praedicat in haec verba: *Ioannes Hierosolymitanus Episcopus, quem Gennadius in catalogo, inquit, scripsisse adversus obtrectatores studii sui librum in quo ostendit, Origenis se ingenium, non fidem sequutum, reprobat ut a Baronio annalium tom. sexto, sub anno Domini 444. Leonis autem quinto sui Pontificatus, monstrante eum, non fuisse Carmelitam, id quod Petrus Luccius asseruit, faciens eum patriarcham Hierosolymitanum ab Adriano Pontifice Maximo huius nominis primo et monasterio montis Carmeli eum ad dignitatem et vitae sanctitatem, atque doctrinam erectum, et claruisse anno septuagesimo supra septingentesimo, scripsisse vero ad fratres quasdam hortatorias epistolas, alqui et vocasse Petrum Luccium conciliat, cum de Ioanne illo, de quo Gennadius scribit, aliunde constat eum vixisse anno quadragesimo, et quod excurrat, ac scripsisse quidem hortatorias epistolas, sed et librum adversus obtrectatores nominis sui, quo in opere purgare se voluit Hieronymo, atque Epiphano de crimine Origenis: quin et ad Caprasium composuit librum de institutione primorum Monachorum, quem Aymericus Antiochenus patriarcha et Graeco Latino reddidit, quique Venetiis idem in lucem prodit; haec Possesivus.*

Causa autem, ob quam d. Hieronymus, et Epiphanius adversus Ioannem scripserunt, momentes, ne Origenis erroribus adhaereret, ea certe fuit, quod crebro ipse Origenis ingenium summopere laudare solitus erat; unde multi et eius doctrinam se approbare coniectabant, et hinc patres illi ansam sumpserunt ad ipsum corripendum: quod tandem non ignorans d. Epiphanius (in epist. ad ips. Ioann.) inquit: *Vide quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis Arrii patrem, Origenem scilicet aliarum haeresum radicem, et parentem laudare non debetis. Ecce habitus est Ioannes Origenista, non quia eius errorum sectator, sed ingenii laudator esset, ut et ipse Ioannes fatetur in libro, quem scripsit adversus sui nominis obtrectatores. Unde d. Hieronymus, qui adversus Ioannem praere ardore sui zeli scripserat, putans illum erroribus Origenis adhaerere, postea veritate cognita id retractavit, et quem antea, tanquam Origenistam abiecerat, postea ut orthodoxae fidei verum cultorem amplecti non dubitavit: etenim (in epist. ad Theoph.) carpit illum, quod Ioannem reprehendisset: verba eius sunt haec: *Libere reverentiae vestrae loquor, dolebamus, te nimium esse patientem, et ignorantes magistri**

gubernacula, gestiebamus in itinerum perditorem; sed ut video, exaltasti manum diu, et suspendisti plagam, ut ferres fortius super susceptione eiusdam. Non debes contra urbis huius dolere Pontificem, quia nihil tuis literis praecipisti, et tenerarum fuit de eo, quod nescibas, ferre sententiam, tamen reor, illam nec audere, nec velle te aliquando laedere; haec d. Hieronymus. Quibus recitatis, subdit Illustrissimus cardinalis Baronius (tom. 5. ad ann. 399) haec verba: *Hieronimus excausat Ioannem Hierosolymitanum Episcopum de communicatione ante eum Origenistis inita, deque eius auctori consilio inhaerenti ipsi Theophilo. Addo, quod et divus Augustinus disertis verbis eius sanctitatem attestat: nam (lib. 2. cap. 51) dixit: *Cathedra quid fecit Romanae Ecclesiae, in qua Petrus sedet, et in qua hodie Anastasius sedet, vel Ecclesiae Hierosolymitanae, in qua Iacobus sedet, et in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica fide uniti connectimur, et a quibus eos nefario furore separatis: imo et Baronius (praecit. loc.) ait: *D. Augustinus Ioannis mores, sanctitatemque suo tempore mirifice coluit. In centuria etiam 14. Catalog. scriptorum Britanniae haec memoranda lego: *Palladius Graecus primus Scolorum Apostolus, Ioannis quadragesimi quarti Hierosolymorum Episcopi discipulus olim fuit, ut auctor est Nicolaus Harleminus, dum adhuc Eremitae cultor, solitariae Syriae loca, potissime Carmelum incoleret: eius inquam, Ioannis, qui ob Origenis allegoriam dogma Hieronymi, atque Epiphani in se concitata scripta; quibus tamen ipse sui studii rationem reddens, respondit, se non Origenis fidem, sed ingenium esse imitatum, eisdemque librum contra sui studii obtrectatores, et de institutione primorum monachorum librum allegoriam plenam, quem e Graeco translatum vidit.****

Sed quid in his nimium moror? cum adhibita distinctione duplicis Ioannis a gravissimis doctoribus accepta, innocens Ioannis Hierosolymitani facile innocenscat? Duo fuerunt antiquis temporibus Ecclesiae Hierosolymitanae Episcopi, Ioannis nomine insigniti, quibus Carmelitae disciplinae professores: quidam illorum vir fuit sanctissimus, qui librum scripsit ad Caprasium; unde haereseos auctor contravitur; ille iunior, hic antiquior. Hanc, quam trado distinctionem, diserte prodiderunt collectores epitomes quae dicitur Conradi Gesneri, quam si impugnatore advertissent, minime forsitan asseruissent, Ioannem XLIV. Episcopum monasticae disciplinae patrem, plenum sanctitatem, insignem miraculis, haereticum fuisse Origenistam, sed potius falso habitum, ut talem. Erantur haec tenebrae, et oriatur lux, ut cognoscantur, qui Domini sunt. Nec latuit haec distinctio doctissimum illum, et de Ecclesia catholica optime meritum Ioannem Molanum, qui in suis ad martyrologium Usuardi additionibus, eo die, quo natalis Ioannis adnotatur, videlicet pridie Idus Ianuarii, ipsum Ioannem iuniorem inscripsit, adiungens, eum Ordinis Carmeli professorem fuisse.

Porro, ut obiectioni Illustrissimi Baronii ex inlegro satisfaciam, restat osendere verum, quod falsum ipse putat, scilicet d. Cyrillum

Alexandrinum Carmelitam fuisse. Sane hoc clarissime patet ex his, quae ipse scribit in epistola ad Eusebium, ubi frequenter disertis verbis se profiteretur Carmeliticae religionis alumnum; unde vel ex uno hoc capite oportet, nostrae sententiae assentiri, vel certe negare illum librum esse d. Cyrilli: quod tamen apud omnes in confesso est, illum esse eius auctorem: deinde Trithemius (*de script. Eccles.*) ait: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus natione Graecus, montis Carmeli quoddam decus, et cultor insignis.* Deinde in officio etiam a multis Pontificibus approbato, quo utitur sacer Ordo Carmelitarum in die sancti Cyrilli, expresse idipsum continetur. Iacobus etiam Philippus Bercomensis (*lib. 13. Chron. sui*) dixit: *Habuit praeterea haec sancta religio Cyrillum Graecum, cum rimum doctissimum, atque sapientissimum, qui praeter multos libros a se editos, etiam prophetae spiritu cluavit: et (lib. 12): Cyrillus natione Graecus eiusdem Ordinis montis Carmeli generalis, insignis multum fuit, qui cum esset admodum doctus, scriptis quaedam ingenii sui opuscula ad Abbatem Ioachim: de oraculo angelico librum, qui incipit, tempore anorum Christi: item de processu sui Ordinis librum, et epistolas plures ad diversos. Accedit his insignis poeta Mantuanus, qui de Cyrillo agens, haec carmina cecinit:*

Producente diem Phœlo, gelidamque fugante  
Ex agris hylem, fert annua festa Cyrillus  
Urbis Alexandri pastor deluavit ab alto  
Vertice Carmeli, sanctae primordia vitae  
Heliae de fonte talit, crescentibus annis,  
Relligio crevit; ferit prudentia crevit.  
Et quia divina legis sapientia et ore  
Snaviloquo visus cunctos praecellere Patres,  
Ad decoris tanti sacros pervenit honores.

Testantur tandem idem Gulielmus Eysenericus (*centur. 1. Eccles. hist. 3. p. dist. 1. tit. de Monach. Carm.*), Paleonidorus (*lib. 2. cap. 7*), Basiliius sanctorum (*in prolog. discurs.*): immemorabili etiam traditio totius Ordinis Carmelitani, qui illum tanquam sanctum suae disciplinae professorem, et ex Apostolica approbatione natalem illius celebrat, satis superque probat, non esse hunc tantum virum illi adimendum.

#### OBIECTIO VII.

Septimo contra antiquitatem Carmelitanae religionis obiicit illustrissimus cardinalis Baronius (*tom. 12*) ad annum Domini 1181. ab Alexandro Pontifice exordium habuisse: verba eius sunt haec: *Antequam ab Alexandro ad eius successorem converterentur orationem, constantior illa videtur assertio, quod Ordo religiosorum Carmelitarum, qui in Palaestina, in ipso Carmelo monte fixere sedes, sub eodem Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem; quoto anno autem eius Pontificatus, habetur incertum: deinde addit, primordia huius religionis debere*

Aymerico patriarcho Antiocheno. Ad hanc obiectionem everendam eruditus auctor Petrus Wastellus in suo libro Apologetico pro Ioannis Hierosolymitani monachismo in Carmelo, postquam recitaverat relata verba Baronii, haec subiungit: *Sed hoc est derelinquere fontes, et quaerere sibi cisternas, quae non continent aquam: ad limpida magis fontem accurre, si quidem puram aquam desideras. Etenim maior pars eorum, quorum libri constantior apparet assertio, sunt aut haeretici, aut qui male de monastica antiquitate sentiunt; in his est indoctus Franciscus Modius libr. de vestit. et origine status Ecclesiastici, qui venena sua casuavit ex Virgilio Polydoro a Simone Erinaco, quantum fas est suspicari, haereticorum commentis disperso: denique ut similibus enumerandis supersedeam, ea est sententia Michaelis Bunchingeri in historia Ecclesiastica ad annum 1071. sed qui et ipse putat ante Paulum Monasticum nullam fuisse, nec memini me alibi aut legisse, aut audivisse quempiam, qui esset in cardinalis Baronii sententia, et non simul antiquitatis monasticae derogaret, ac proinde nihil putato, habendam esse eorum sententiam. Ceterum hic tantum animus est eam refutare ac testimonio sancti viri Cyrilli, cuius de ea re certa est scientia adseverantis illo ipso tempore, cui adversarii appingunt Ordinis primam institutionem, iussu ipsius Aymerici, antiquum Ioannis nostri de Carmelitana antiquitate volumen e Graeco latinitate suo donatum. Adferre quidem liceret plura antiquiorum Carmelitarum Patrum nostrorum testimonia, ac falso levcit nimis a contumeliosis dicerentur effleta, quanquam nemo ipsis Carmelitis rem hanc domesticam certius, fideliusque queat testari? ergo ex his praetermissis multis, adducam, quem dicit sanctissimum antiquissimum patrem d. Cyrillum presbyterum Constantinopolitanum, tertium ab Aymerici reformatione priorem generalem, quem erroris, et mendacii arguere, valde tenerimus, ac impium fuerit. Testimonium autem, quod adducit Cyrilli, habetur in epistola illius ad Eusebium Eremitam, qua Ordinis Carmelitici, a Ioanne Hierosolymitano usque ad sua tempora, continuationem fidelissime enarrat: ibi post logum huius rei sermonem, et postquam retulerat librum a Ioanne Hierosolymitano compositum (*de inst. Monach. Carmel.*), haec verba subdit Aymerico, quem ibi nominat: *Intelligens autem quosdam eorum, qui in Occidentem supervenerant, spreto seniorum monitis, non recte ambulare ad veritatem religiose vitae eremitice in praedicto Ioannis libro descriptae, et pendens, hoc ideo maxime contingere, quia Graecae literas ignorantes, nesciebant eodidem librum legere, fecit librum nunc de Graeco in Latinum transferri.**

Ceterum, ut quod in hac huius auctoris impugnatione censeo, luculenter indicem, immerito carpit illustrissimum cardinalem Baronium, tum quia ille antiquitatis monasticae nunquam oppugnatorem, sed defensorem se exhibuit, nec lato ungue, in hac parte a communi theologorum sententia de veritate monachatus discens, tum nam loco illo citato tom. 12. ad ann. 1181. minime tradit Aymerico

ricum patriarcho Antiochenum fuisse primum institutorem Ordinis Carmelitici, sed promotorem, et propagatorem: verba eius sunt haec: *Horum autem promotor, propagator, et custos fuit ille, qui fangebatur in Oriente legatione Apostolicae sedis, Aymericus patriarcha Antiochenus: tum etiam quia si d. Cyrillo (*prae. epist. ad Eusebium*) fides adhibenda est, ut revera adhiberi debet, ipse testatur Aymericum primitus statuisset et ordinasse, ut monachi omnes, qui tunc erant Ordinis Carmelitici, obedientiae votum emitterent in manus Prioris; cum tamen ante illum, licet subderentur suis Praelatis, non tamen ex voto: verba d. Cyrilli de Aymerico loquentis haec sunt: *Statuit enim quod ex ipsis unus, qui diceretur prior, deinceps eis ita praeseret, ut quilibet aliorum obedientiam ei deberet, sub cura cuius, et regimine omnes viverent, quibus antea licet semper unus ex eis praeseret, quem Abba, lingua Syra, et patrem Latina appellabant, sub regimine cuius manebant, et cui etiam tanquam patri secundum institutionem obedebant, non tamen se alicui voto speciali prius obligaverant, donec praedictus patriarcha Aymericus omnes primo ad hoc adstrinxit; haec d. Cyrillus. Ex quibus verbis clare constat ipsum fateri Aymericum primordia dedisse voto obedientiae emittendo. Est autem certum nullam veram esse posse religionem absque voto obedientiae; ex quo videtur vera reddi assertio Baronii, scilicet Aymerici tempore primordia data religioni Carmeliticae, cum ab eo introducta tunc fuerit emissio voti obedientiae, sine quo essentialis ratio religionis consistere non potest. Fateor tamen ex hoc divi Cyrilli testimonio, non colligi ante Aymericum non fuisse solitum votum obedientiae emitti a monachis Carmelitis, solum enim illi, quos improbos vocat Aymericus in praedicto testimonio divi Cyrilli, ut liberius viverent, renebant votum obedientiae emittere; reliqui tamen vere illud emittebant. Aymericus autem constrinxit omnes quotquot erant monachos, illud votum emittere, cum tamen antea permissi fuissent nonnulli illud non emittere, idque solum indicant verba divi Cyrilli, si sincere perpendantur. Nec mihi ulla ratione persuadere possum, antiquos illos Monachos ab Elia institutos, tria vota substantialia religionis non emisisse: nam praeterquam in lege veteri receptum, usque firmatum fuit vivere Deo, ut tradit Ubaldensis (*in doctrinali lib. 3. artic. 2. cap. 21*), et constat clare ex (*Gen. 29. Psalm. 132. Levit. 27. Deuter. 12. et 23*): certe religionis vota in veteri lege observata fuisse testatur Orig. (*in cap. 10. Lev. homil. 11*), Isidorus (*lib. 2. de offic. c. 4*), et copiosius Canisius (*de corrup. verbi Divini cap. 21*): hi enim omnes affirmant Nazaraeos religionis voto fuisse adstrictos. Deinde quod attinet ad castitatis votum, Isaias in veteri lege id proposuit (*c. 56*) in haec verba: *Non dicat Eunuchus, ego lignum au idum, quia haec dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint Sabbata mea, et elegerint, quae ego volui, et tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, et in muris eius locum, et nomen melius a filiis, et sibiabus: quae verba de virginitate voluntaria intelligenda esse tradunt***

divus Hieronymus et Cyrillus (*in comm. illius loci*), divus Augustinus (*de virg. cap. 24*), et Basiliius etiam (*lib. de virg.*). Sane ex hoc loco non obscure colligitur consilium dari circa votum castitatis, ad eum certe modum, quo Christus Dominus similibus verbis illud dedit (*Mat. 19*), dicens: *Sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum: ecce ipsa Eunuchorum appellatio perspicue indicat continentiae votum, ut sapienter observant divus Hieronymus (*Matth. 9*), divus Augustinus (*lib. de sancta virg. cap. 30*).*

Nec quidquam refert, si quis obiicit verisimile non esse in veteri lege datum fuisse consilium de voto castitatis, cum potius licet illa maledictionis speculum intorqueat in eos, qui semen post se non relinquunt, ut constat ex Deut. (*cap. 25*): nam locus ille iuxta sententiam d. Ioan. Damas. non loquitur de semine carnali, sed de spirituali. Etenim (*lib. 4. fidei orth. cap. 25*), ubi virginitatem miris laudibus efferens, postquam eam multis veteris legis patrum exemplis observatam fuisse docuit, ut ostenderet in illa lege, non solum virginitatem servari, sed etiam votum continentiae emitti, et laudari, subiungit: *Nonne lex magnum votum, castitatem appellavit? et obiectioni, quae sese offerre poterat ex verbis illis (*Deut. 25*): Maledictus homo, qui non relinquunt semen post se, respondeat, statim adiecit: Oportet igitur spiritualis accipere legis praecceptum: nam est semen spirituale pro claritate, et timorem Dei in mentis voto parturienti spiritum salutis; sic autem accipiendum est hoc: Beatus est, qui habet semen in Sion, et familiares in Hierusalem: haec Damascenus. Quibus manifeste confirmat, in lege veteri fuisse castitatis votum, nec reprobatum fuisse continentiam. Et quamvis Damascenus non exprimat locum, in quo lex magnum votum castitatem appellat, tamen praeter illum Isai. (*cap. 56*) supra adductum, est etiam alius celeberrimus Sapientiae (*c. 3*), id non obscure indicans, ubi haec verba legitur: *Felix spado, qui non operatur est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit contra Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in templo Dei acceptissima, qui locus eundem sensum cum illo priori Isaiae habet; haec autem tempore legis antiquae dicta sunt, ex quibus non obscure constat, in illa votum continentiae fuisse.**

Ad haec apud monachos veteris legis receptum fuisse votum paupertatis apte colligitur ex Iosepho (*lib. 2. de bello Iudaico cap. 7*), ubi de Essenis loquens affirmat solitos esse post transactionem votum tempus vota quaedam, sive iuramenta emittere, per quae ad perfectionem anhelabant: verba Iosephi sunt haec: *Prius vero, quam incipiat communem habere vitam, magnis execrationibus adiurat, se primum colere Deum, deinde quoga ergo homines servare iustitiam; et deinde quibusdam interpositis subdit: Illis iudicum sacramentis, ac ritibus obligatus, nec carpire ab aliis oblatum cibum potest: ac tandem Eliam, eiusque successores, tam paupertatis votum, quam reliqua substantialia religionis emisisse, vel illa una ratio nervose satis suadet, quod si Elias,*

eiusque successores monachorum institutum amplectentes, Deo se consecratur, castitatem, paupertatem, et obedientiam colentes; certe cum praedicti Patres non ignari essent, fore Deo gratissimum, longaque magis meritorum propositum suum voto firmare: hoc enim, ut supra praemisimus, in veteri lege notum, comperitque fuit, et praeterea cum aperte scirent plurimum valere hanc votorum emissionem ad voluntatem nostram, quae lubrica, ac in malum propensa est, in bono firmendam, et in officio continentiam: non est dubium quin hoc votorum adminiculo ad praedictos fines iuventur.

Acredit ad haec illius societatis viros, selectos ex grege Iudaico, sapientia, et acumen ingenii, ceteram plebem longe superasse, quibus ignorantia tantae rei contingere non poterat, et multo minus Eliae, et Elisaeo vitae monasticae ducibus, qui ex frequentu cum Deo colloquio, et lectione Scripturarum divitias, et uberrimos thesauros, qui in votis monasticis latebant, facile cognoscere poterunt: quare existimo Scripturam, et rationi valde consentaneum esse viros illos divino lumine ductos, institutum monasticum tribus votis firmasse; maxime cum Eliae speciali Dei revelatione monasticae professioni initium dederit, ut testantur s. Isidorus (lib. 2. de div. offic. cap. 15), Sozomenus (lib. 4. Eccl. hist. cap. 12), et Nicephorus (lib. 8. cap. 39). Tandem Alycericum non dedisse primordia huius sacro Ordini illud aperte confirmat, quod ante Alycericum patriarcham Leo IV. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius V. Clemens III. et Alexander II. varia privilegia concesserant monachis montis Carmeli. Etenim cum propter hostium incursum varia eorum monasteria fuissent eversa, sacri Pontifices concesserant varias indulgentias Christi fidelibus qui ad eorum restaurationem, et monachorum victum, alicuius elemosynae subsidium impenderent. Ne autem quispiam hanc omnem exceptionem maior Gregorius est XIII. qui in bulla, Carmelitano Ordini concessa, cuius initium est, *Ut laudes sanctissimae, compendiumque privilegiorum plura horum Pontificum privilegia referat, eorumque meminit Hieronymus Roman. (in Republ. 1. part. lib. 6. cap. 10).*

#### OBIECTIO VIII.

Octavo cum sacer Ordo Carmelitarum certissime credat ex maiorum suorum traditione, et gravissimum doctorum sententia, Essenos successores fuisse Eliae, et Elisaei, alique adeo ex illis miram illius antiquitatem commendari oportet satisfacere alteri illustrissimi cardinalis Baroni obiectioni. Etenim Essenorum familiam, si Plinio (lib. 5. nat. hist. cap. 17), et Solino (cap. 36) credendum est, plane comperit erit antiquissimum esse: id enim Plinius praefato loco de Essenis tractans, his verbis scriptum reliquit: *Per saeculorum millia, incredibile dictu, gens aeterna est, in qua nemo*

*nascitur.* Solinus quoque, fidelis Plinii imitator, fere eisdem verbis Essenorum antiquitatem commendans dicit: *Itaque per immensum spatium saeculorum, incredibile dictu, aeterna gens est cessantibus puerperis;* haec Solinus. Nihil secius tamen doctissimus Baronius (tom. 1. anal. anno Christi 64. cap. 6. 7. et 8), Plinio et Solino dicentibus Essenorum sectam per multa saeculorum millia existisse, minime credendum existimat, ea ratione ductu, quia qui res Iudaicas sunt prosequuti, tam antiquam originem Essenis non tribuunt: quare ipse vel post Christum, vel paulo antea, tempore Herodis maioris, viros hos claruisse autumat: nulla enim, ut ipse ait, antiquior apud Iosephum de eis habetur memoria: ego tamen contrarium reperio, ipseque apud Iosephum, eadem fere verba, quae apud Plinium, et Solinum, potuit facile invenire: sic enim (lib. 18. antiq. Iudaic. cap. 2), de setis Iudaeorum agens, sic loquitur: *Iudaei patriae sapientiae studiosi, iam inde a multis retro saeculis in tres sectas erant divisi, Essenorum, Sadduceorum, etc. Idemque auctor (lib. 13. cap. 9) docet, tempore Ionathae Pontificis, et Antiochi regis, has etiam sectas fuisse: quod et Antiochus Generalis. (lib. 2. an. mundi 394), hoc est, 143. anni ante Christi adventum, imo neque ibi apud Iosephum eorum initia expresse recensentur, sed potius in confuso adnotantur, multis retro saeculis incepisse, quae verba tempora longissima denotant: quare id certum videtur, eos a sanctissimis prophetis Eliae, et Elisaeo originem ducere, idque in primis probat ex Generali viro gravissimo (lib. 1. Chronolog. anno mundi 3272): Elisaeus, ait, construxit castra prophetarum, et loci religio ad posterum, fuitque desertum hoc usque Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentiae incredibile. Eodemque loco habitasse Essenos, nempe in desertis Hiericho, Plinius, et Solinus, ut supra, senserunt; et quamvis Generalis expresse non affirmet, Essenos ab Elisaeo propheta immediate in monastica disciplina fuisse institutos, clare tamen docet, ab ipso, sive a prophetica sua familia ortos fuisse: idque colligitur aperte ex Nicephoro (lib. 2. Eccl. hist. cap. 15), qui de Essenis disserens: *Eos, ait, vitam prophetieum fragrantem, atque ferventem fide meditari, atque amulari.* Quae est igitur haec prophetica vita, nisi ea, quam Eliae et Elisaeus, filique prophetarum coluere. In huius vero rei confirmationem arguendo nunc in hac materia validissimo: nam Esseni, de quibus Philo, et Iosephus, ut infra dicemus, plura admiratione digna scripserunt: fuerunt a divo Marco in Aegypto legibus et institutionibus Evangelicis imbuiti, aliisque canonibus, et observantibus monasticis instructi, ut post Nicephorum, et Eusebium (lib. 2. cap. 15. et 16), et Hieronymum (de script. Ecclesiast. in Marc.), communis tenet catholicorum sententia, qui etiam censent, ab his Marci discipulis christianorum monachorum postea in Aegypto, et Palaestina agmina descendisse, ut et Nicephorus (cap. 15), et expressius (cap. 16) illis verbis significavit: *Cum ad hodiernum usque diem, non**

*apud alios, quam apud nostros homines, regulas tales, vicendique mores conservari comperit sit: et (lib. 8. cap. 39. prope fin.): Equidem ab illis Aegyptiis tantopere hoc vicendi genus invaluisse conicio, quae fere verba habentur apud Sozomenum (lib. 2. capit. 15. et 16): eruditae etiam Cassianus (lib. 2. cap. 5) id demonstravit, dicens: *Nam cum in primordiis fidei pauci quidem, sed probatissimi Monachorum nomine censerentur, qui a beatae memoriae Evangelista Marco normam susceperunt vicendi, etc. et infra: Ea igitur tempestate Ecclesiae illius primitivae perfectio penes successores suos adhuc recentis memoria inviolata duraret.* Quibus manifeste ostendit disciplinam a b. Marco, primis illis Evangelicis monachis traditam, usque ad sua tempora perdurasse, idque et forte expressius in praefatione ad Castorem prope finem indicavit, dicens: *Secundum eam, quam videmus monasteriorum regulam, per Aegyptum, et Palaestinam antiquas fundatorum, vel adiciam, vel recidam: nequaquam enim credas rationabilibus quidquam, vel perfectius in occiduis Galliarum partibus reperiri potuisse, quam illa sunt instituta, quibus ab exordio praedicationis Apostolicae a sanctis, et spiritualibus Patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant; haec Cassianus. Placet igitur Cassiano, Eusebio, Nicephoro, et aliis, Aegypti Monachos in professione, Essenis, hoc est, discipulis beati Marci, successisse.**

Porro argumentum, ut ad propositum redeamus, hac ratione formare licebit. Cassianus (l. 1. de inst. renunc.) fere per totum, Monachos Aegypti, et Palaestinae ab Elia, et Elisaeo, filiisque prophetarum originem ducere, saepe docet, ac repetit, cui subscribunt Nicephorus (lib. 8. cap. 39), et Sozomenus (lib. 1. cap. 11), et Hieronymus (ad Rusticum, et Paulin.): ergo si Aegyptii Ascetae, sive monachi ab Elia, et Elisaeo ortum habuerunt, et hi praeterea ab Essenis disciplinam susceperunt vicendi, eorumque successores extiterunt, necessario fatendum erit, Essenos etiam ab Elia, et Elisaeo, sive filiis prophetarum, eorum successoribus, promanasse: quod praeterea demonstrat nominis etymologia; nam licet demus Essenos a vitae sanctitate esse nuncupatos, quod voluit Chrysostomus (homil. 44. in Acta Apost.), idque Philo (in libro, cuius titulus est, quod liber sit probus), aperte significat; tamen si nominis etymologia attente consideretur, Essenos, sive Esseos, ut alii volunt, ab Elisaeo potius dictos, quasi Elisaeos, verius apparet, quae denominatio placuit etiam doctissimo Enrico Enriquez, nostri temporis auctori gravi, ac perdocto (in 2. tom. lib. 12. cap. 5. in Glossa littera B.)

#### OBIECTIO IX.

Nonam obiectionem ut convellam, praesupponere oportet, inter alia pleraque momenti privilegia, quibus beata Virgo sacrum Carmelitarum Ordinem coonestavit, illud singulare esse, quod ex ipsius Deiparae coelesti oraculo Ordo hic in finem mundi duraturus esset. *CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.*

set: etenim Philippus Macerius, et Ioan. Fervardensis (in vita sancti Petri Thomae) huius religionis observantissimi Professoris, affirmant, quod, illo a beatissima Virgine postulante, ut suum conservaret Ordinem, Marianum oraculum respondit: *Usque in finem mundi, Petre, religio Carmelitarum permanebit. Nam Elias filius institutor, filio meo apparens, in transfiguratione id postulavit, et impetravit.*

Congruentem autem huius durationis eam crederem esse rationem, quod huius antiquissimae religionis auctor Elias adhuc vivat, ut multae sacrae Scripturae testimonia comprobant (Malach. 4. Ecclesiast. 44. et 48. Apocal. 11. et Mat. 17), venturusque sit in fine mundi, ut Christi Ecclesiam defendat, et publice contra Anti-Christum, a quo est interficiendus, praedicationis vocem exaltet: rationi ergo consonum est, ut huius religionis alumni, tanquam legitimi Eliae filii, in adventum eius conserventur, ut pariter cum Illo sub tanti ducis vexillo, contra Anti-Christum acriter dimicent, fideles doceant, debiles confirmet, ac tandem Christi gloriam, et honorem tueantur. Deinde nonne rationi consonum est, ut religio alicuius tandem saltem daret, quamdiu durat patronus, et institutor illius? Si ergo huius religionis parens Elias adhuc vivit, vivetque usque in mundi finem, ut sacra testantur eloquia, congruit sane sacrum hunc Ordinem usque in mundi finem durare. Quare in alumnos huius sacrae religionis, qui et a Rechabitis originem trahunt, admissum mihi convenire videntur verba Hieremias (c. 35): *Domini autem Rechabitarum dixit Hieremias, haec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Pro eo, quod obedistis praecepto Ionadab patri, et custodistis omnia mandata eius, et fecistis universa, quae praecepi vobis, propterea haec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab, filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus: certe non defecit haec tenas de stirpe Eliae, neque in posterum deficiet multiplex successor: etenim ab Eliae rapto usque ad tempus primitivae Ecclesiae, continuata fuit per prophetarum filios, ut per eos religiosus, qui Esseni, vel Elisseni ab Elisaeo appellati sunt, a quo tempore usque ad annum 400. in quo fuit Ioan. patriarcha Hierosolymitanus, eadem vivit nunquam fuit interrupta; a tempore vero huius patriarchae usque ad Alycericum patriarcham Antiochenum, qui fuit anno 1120. perduravit: quo tempore multa in Aegypto, et Syria fuere Coenobia huius religionis, quae a summis Pontificibus Leone IV. Adriano II. Stephano V. Ioanne X. et XI. Gregorio V. Sergio VII. Alexandro II. et Gregorio VII. fuerunt maximis privilegiis exornata, et amplificata. Iam vero ab Alycerico, qui regulam, quam tradiderat Ioannes patriarcha, e graeco in latinum transferre curavit, usque ad sanctum Albertum patriarcham Hierosolymitanum, qui fuit anno 1171. etiam duravit. Is regulam religionis tradidit breviorum quidem, sed perfectissimam, et artissimam. Sic mansit religio usque ad Innocentium IV. anno 1248. a quo petierunt religiosi, ut in quibusdam mitigaret regulam: quod quidem*

factum fuit in quibusdam rebus parvi momenti; mansit tamen in suo rigore.

Hac autem ratione perseveravit usque ad Eugenium IV. anno 1431. Cum autem animadvertent religiosi, regulam sancti Alberti esse aspernam, et arctissimam, supplices rogarent, ut et eam temperaret: annuit ille, duravique haec mitigatio in tota religione usque ad annum 1561. quo tempore adveniente singulari illo, ac stupendo divinae gratiae prodigio, inelyta scilicet virgine, ac viragine beata Theresia ad pristinum illum, ac rigidum statum omni ex parte reduxit. Nec quidquam nocent huic sacrae religioni canini maledicentium latratu, qui quibusdam sacrae Scripturae locis perperam intellectis durationem huius Ordinis in finem mundi in hunc modum laerare moluntur; obiectant illud (*Hieremias 1*): *Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes eius destructae sunt.* At quis non videat hic sermonem esse non de religione Carmeli, sed de Iudaea, quae, ut ibi adnotat noster Lyranus, in Carmelo denominata est, eo quod erat locus fertilitatis, et amoenus. Deinde sagittam aliam adversus eandem mittunt, ex pharetra Amos deproptulam, qui (*cap. 1*) ait: *Exsiccatus est vertex Carmeli: quasi viticineri voluerit per haec verba, exsiccandum, et extinguendum esse Ordinem Carmelitanum.* Sed et hoc inepte dici, nemo tam mentis inops est, qui non agnoscat: nam ibi Propheta inter supplicia futura populo Dei, commemorat montem Carmelam, aliquoquin uberrimum, et multis fontibus, et rivulis affluentem, exsiccandum esse non in totum, sed secundum verticem, et ut verba praecedentia satis indicant: *Et luxerunt speciosa pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli.* Ac tandem telum aliud ex Isai, coniciunt (*cap. 37*): *Succidam saltum Carmeli, quod impletum fuit, quando Sarraceni in Carmelum invadentes, permultos habitatores eius extinxerunt.* Sed nec haec obiectio quidquam prodest: primo, nam verba illa, non sunt Dei, nec ad religionem Carmeli dirigitur, sed sunt regis Senacherib, qui minabatur depraedaturum montem Carmelum, in quo magna erat pecorum copia ibi pascentium; non obstante autem Sarracenorum cruenta persecuntione, monachi Carmeli sine defensione defensi, sine munimine muniti, et in eremo inermes solius orationis, silentii, spei, pacis, et charitatis vallo constipati coelestem vitam agebant. Unde Isaias postquam (*cap. 33*) praedictae persecutionis populi Dei meminerat, subdit haec verba: *Et erit desertum in Carmelo, et Carmelus in saltum reputabitur, et habitabit in solitudine iudicum, et iustitia in Carmelo sedebit, et opus erit iustitiae pax, et cultus iustitiae silentium, et securitas usque in sempiternum.* Licet enim temporibus Iudaicarum captivitatum esset desertum in Carmelo, ita ut in saltum vere reputaretur; populus tamen monachorum illic commemorantium faciebat in solitudine illa iudicum Dei, et servabat in Carmelo instituta, de qua dictum est: *Iustitia iusti salvavit illum.* Ecce opus eorum erat pax, qua unanimiter ad invicem se diligentes, summa animi tranquillitate vivebant, et cultus iustitiae erat

silentium, quo vibrabant multiloquio; et securitas, qua a corde fugabant inimicorum tam visibilibus, quam invisibilibus pavorem omnem; ita erant in corde quieti, et securi, ut cor eorum non reprehenderet eos; et ideo confidentes in Deo eos protegente, cuius beneplicita faciebant semper, non timebant millia populi circumstantis eos, quia Dominus cum illis erat: teste enim Sapiente (*Proverbiorum 16*): *Cum placuerint Domino viae eius, inimicos quoque eius convertet ad pacem.* Deus enim licet armet universam creaturam ad ultionem inimicorum, amicos autem suorum neque perimit capillis capillum perire, atque adeo cum transeunt per ignem, flamma non nocet illis.

Atque hinc est, quod cum de aliis dixisset Dominus (*Isaia cap. 32*): *Plangite super regione desiderabili, super vinea fertili, etc.* de monachis tamen Carmeli ait: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta.* Quod si quispiam dicat, qua ratione credi potest, ut grassante bello per totam illam Carmeli plagam, hostes immunes relinquerent monachos multos, et audiat Michaeam (*c. 7*) dicentem: *Terra erit in desolationem propter habitatores suos, et propter fructum cogitationum eorum.* Mox tamen de ipsis monachis subdit: *Pasce Domine populum tuum in virga tua, id est, aequitatis, gregem haereditatis tuae habitantes solos in saltu in medio Carmeli, pascentur Basam, et Galaad iuxta dies antiquos.* Ubi ponderatione dignum est verbum illud: *Gregem tuum;* nam Gregorius Niss. de monachis illis explicat illud Cantici: *Greges tui sicut oves tonsorum, quae ascendunt de lavacro, quia naturali ovium colore, quorum lanis inducuntur, inciduntur et illud: Habitantes solos in saltu in medio Carmeli;* per solos significat monachos, quia monachus idem est, quod solus, vel unus. Adde ulterius ad explicandum loca, in quibus docebat Carmelum fuisse desertum, et exsiccatum, de persecutionibus Sarracenorum intelligi posse. Etenim ut tradunt Trithemius (*de laudibus Carmelitarum cap. 8*), Paulus Morigia (*de orig. relig. lib. 1. cap. 30*), Carolus Tapia (*super authent. ingressi, verbo monasteria, cap. 17*), duplici via fuerunt Carmelitas saepius vexati: primo a Chosroa rege Persarum circa annum Domini 534, qui cum caperet Syriam, etiam Hierusalem occupavit, et fere omnes monachos, qui in finibus illis inventi, gladio percussit; praecipue in deserto Carmeli, Iordanis, et montis Nerei, inter quos fuit specialiter insignis martyr sanctus Anastasius Persa, de quo agitur officium die 23. Ianuarii, et cum illo turba multa monachorum Carmeli, Iordanis, et montis Nerei. Licet autem Heraclius Imperator, postquam Chosroavem devicit, quam plurima monasteria reparavit circa annum Domini 636. eodem tempore surrexit secunda Carmelitarum persecutio ab Humar rege Arabiae, et Mahumeli discipulo, qui totam terram Sanctam, Syriam, pheniciam, et Palaestinam suo Imperio subiugavit, quo tempore, ut refert S. Pater Cyrillus Graecus Tertius Latinorum generalis (*in epist. ad Abb. Ioach. cap. 7. et 8*), in Carmelo pauci monachi remanserant superstites, quia rex Humar biliosa ra-

bie in Carmelitis acerrime invehebatur. Haec oppressio duravit usque ad tempora Caroli magni Galliae imperatoris: tunc Sarraceni aegre ferentes, quod Carmelitas illi, sicut eorum sacerdotes, vestibus albis induerentur, vi compulerant illos, ut vel album amictum deponerent, vel e finibus eorum exules recederent: qui ne antiquam Eliae, et Elisaei haereditatem, et successionem in illa amitterent, elegerant vestes albas in variegatas mutare ad imitationem illius, quam Elias misit Elisaeo. Duravit haec habitus mutatio usque ad tempora Honorii Quarti, qui violenter habitum, eis a Sarracenis ablatum, continuo restituit. Illo calamitoso tempore maximos labores pertulit Carmelitana religio, adeo ut omnes Carmeliticae religionis historiographi referant ab anno 636. usque ad ann. 1290. gladio impiorum occubuisse monachos Carmeli centum quadraginta millia martyrum, de quibus non obscure loquitur Nicolaus de Lyra (*sup. Apocal. cap. 19*), ubi ait, Humar regem Arabiae obtinuisse sibi Syriam, Ciliam, Africam, et Hispaniam, in quibus erant quam plurima monasteria monachorum, et virginum, et ex eis 140. millia martyrum occidisse. Omnes autem istos monachos et virgines, sub Eliae patriarchae disciplina dege-re, nullus potest ambigere, cum tunc non esset alius monachorum agnitus Pater qui possent his filii ascribi, prout sancti Patres frequenter docent. Circa annum autem Dom. 1126. Calo Ioannes Graecorum Orientis impiissimus imperator, ut refert Otto Frisingensis (*lib. 7. cap. 28*), et Hieronymus Romanus Augustinianus (*1. par. lib. 5. cap. 10*) cepit Carmelitas, qui quasi semen Dei in Carmelo remanserant, ita alligere, et cum contra Mauros inveheretur, nec voti compos evasisset, in religiosos Carmelitas omnem suam evomit rabiem, quosdam flagellando, alios exulando, multos occidendo. Circa annum vero Domini 1200. tempore sancti Cyrilli Tertii Prioris Generalis Latinorum, iterum fuit a Sarracenis magna ex parte eversa Carmelitana religio in monte Carmelo. Dixi magna ex parte, et non funditus, quia circa annum Dom. 1500. Baptista Mantuanus, et alii itinerarii testantur, post annum 1500. in monte Carmelo perseverasse adhuc aliquos monachos Carmelitas, et tunc potest optime verificari illud (*Jeremias 4*): *Et ecce Carmelus desertus.* Nihil ergo prophetae Dei adversus hanc sacram Religionem somniantur, imo in omnes eius filios praecclare mihi convenire videntur verba illa (*Ecl. 44*): *Viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanet bona, haereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum, et filii eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum, et gloria eorum non derelinquetur.* Sane beata Virgo non derelinquit, sed speciali sua protectione mirifice fovit: nam ut legitur in officio, a Sede Apostolica approbato Virginis Mariae de monte Carmelo (*lectio. 5*): *Cum olim in Europa Ordo huius esset ignotus, et ob id apud Honorium Quartum non pauci pro illius extinctione instarent, astitit Honorio noctu purissima Virgo Maria, planctusque iussit, ut institutum, et homines be-*

nigne complecteretur. Ex quibus clare innoscit, quam sollicitam curam beatissima Virgo gesserit diuturnitatis, et conservationis huius sacrae religionis.

#### OBIECTIO X.

Decimo nonnullis audio irridere Carmelitanum Ordinem gloriari, quod divum Ioannem Baptistam inter professores Eliani instituti, et monasticae illius disciplinae connumeret. Putant enim Ioannem minime fuisse monachum. Sed hos irrisores, merito irrideo ego, cum ex sanctis Patribus aperte colligatur, divum Ioannem Baptistam fuisse monachum, et monachum Carmelitam: sane quod monachus fuerit, expresse testantur divus Hieronymus (*ad Eustoch. de serv. virgin.*), Chrysostomus (*homil. 1. in Maro.*), sanctus Bernardus (*in serm. de excel. Ioan. Bapt.*), sanctus Isidorus (*lib. 2. de offic. cap. 11*), Cassianus (*collat. 18. cap. 7. et lib. 1. de inst. renum. cap. 2*), Sozomenus (*lib. 1. histor.*), qui omnes Ioannem Baptistam vocant principem monachorum primitivae Ecclesiae: si autem monachus fuit, cum ratione ipsa valde cohaeret, fuisse professorem Eliani instituti, cum et iocula fuerit montis Carmeli, et Eliam in omnibus adeo imitatus fuerit, ut divino Christi oraculo dictum sit venisse illum in spiritu Eliae, et in monte Carmelo, et iuxta Iordanem habitaverit. Unde sine dubio ipse vitam egit in desertis illis locis inter illos prophetarum, qui monasticam Eliae disciplinam proflebantur; nam illi, ut testantur divus Isidorus (*lib. 2. de offic. c. 15*), et Hieronymus (*ad Paul.*), habitabant iuxta Iordanem; unde Nicephorus Callistus (*lib. 18. Eccles. hist. ca. 36*) refert, reginam Helenam duo templa aedificasse, unum in honorem Eliae in planiorum quadam parte montis Carmeli, alterum vero in inferiori parte eius, ad Iordanem respicientem, quia in illis locis Patres illi morari fuerant. Sed ut magis innolescat Ioannem Baptistam Eliae instituti professorem fuisse, audiamus d. Hieronymum (*in comm. sup. Math.*): *Ioannes, inquit, Elias dicitur, non secundum stultos Pharisaeos, et quosdam haereticos, qui reversionem animarum introducunt; sed quia iuxta aliud testimonium Evangelii venerit in spiritu, et virtute Eliae, et eandem Spiritus sancti vel gratiam habuerit, vel mensuram; sed et vitae austeritate, rigoreque vitae Eliae, et Ioannes parces sunt.*

Unde divus Ambrsius (*in epist. ad Vercell. cap. 14*) in hunc modum loquitur: *Cum ergo venit sacra plenitudo temporis, fuit ad dictos Monachos in desertis missus homo illic a Deo, cui nomen erat Ioannes, scilicet Baptista monasticae vitae eremiticae, ab Elia institutae, cultor ecimus. Ambo enim tam Elias, quam Ioannes fuerunt indumentis hispidis induti, lucu casti, victu frugi, conversatione solitarii, et deserta iugiter sequuti fuerunt, et electi per Deum praecursores Christi, Ioannes quidem aduentus primi, Eliae vero ultimi, dicente Domino: *Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias tam venit, et non co-**



gnoverant eum, sed fecerunt in eum quaecun- que voluerunt. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Iohanne Baptista dixerat eis, et propterea sacerdotes, et Levitae, ab Hierosolymis per Iudaeos ad Iohannem missi, intuentes, cum in omnibus conversationibus monasticæ vitæ Eliæ præcipue sequi: quaerebant ab eo, si ipse erat Elias, quoniam sicut angelus Gabriel de eo prædixerat, venit in spiritu, et virtute Eliæ ad exemplum cuius, domo sui patris, et terrenis opibus derelictis, conversatus fuit iugiter in desertis: et ad instar illius vinum, et siceram non bibens, habuit ad imitationem eius vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos, ut testatur Matthaëus Evangelista capite tertio. Accedit b. Ioannes XLIV. patriarcha Hierosolymitanus (lib. 2. de instit. monac.), ubi idipsum non semel testatur: sic enim ait: *Hinc illi processerunt viri Elias, Elisaëus, et Ioannes, qui pellicis tunicis, et caprimis induti, inopes, atque egentes, angustiis, et doloribus affecti, in solitudinibus errabant; hæc ille. Et ne quispiam dicat, recte potuisse Ioannem in cavernis, et speluncis vitam egisse, absque eo quod monasticam vitam proficeretur, audiat quid ipse postea subiecerit: Ideo Christus sciens Iohannem expressam monasticæ vitæ prophetæ Eliæ imaginem gerere, dixit turbis, ipsum esse Eliam. Quid clarior?*

## OBIECTIO XI.

Undecimo, redeo ad importunum illum auctorem Hieronymum, qui tanta efferbit libidine impugandi sacram Carmelitarum religionem, ut in eodem defensorio contendat, habitu, quo utuntur, illos expoliare, dicens: falsum esse album colorem pertinere ad habitum eorum, eo quod Elias pallio albo usus fuerit: hoc enim affirmat, in nullo fide digno libro invenire potuisse. Sed id ego diligentior inveni, nam in primis Ioannes XLIV. patriarcha Hierosolymitanus (libro de instit. Monach. cap. 40) postquam dixerat: *Docuit Elias monachos, hanc religionem profertentes, debere pallio supervestiri albo; postea subdit hæc verba: Qui Eliam, velut monasticæ vicendi exemplar, erant imitaturi, in ardore nedum mentali sinceræ puritatis, sed etiam corporalis habitus albi eos desuper tegentis. Tria hemius Abbas (de laud. Carmelit. cap. 6) idipsum in hæc verba contestatur: Color autem ipsius habitus albus fuisse dicitur, per quem interior fratrum munditia, et puritas assignatur: tali Eliam omicium fuisse tradunt, tali habitu incessisse Elisaëum, et filios prophetarum. Adit sanctus Epiphanius in vita Eliæ, hoc genus albi habitus, quo religiosi eius uti debebant, in visione divinitus sibi fuisse monstratum: verba eius sunt hæc: *Quem, id est, Eliam, cum enteretur parens eius, eiusmodi Sabbacha patri suo visio apparuit, viri niveum quandam præferentes habitum, etc. Refert idem sanctus Dorotheus (in vita Eliæ), dum ait: Cum nasciturus esset Elias, pater eius Sabbach vidit illum ab angelis albicantibus salutare.**

## OBIECTIO XII.

Duodecimo, quidam scioli obiciunt, quod si tanta esset antiquitas Ordinis Carmelitani, revera in actibus publicis deberent Carmelitæ præcedere, et præferri aliorum Ordinum religiosorum: e contra tamen fit, quod Prædicatores, Minores, et Augustiniani, eis præferuntur in capella Summi Pontificis, et in publicis processionibus. Huic obiectioni congrue facit satis speculum Ordinis Carmelitarum (tract. sup. informat. b. Mar. de mont. Carm. artic. 1), ubi hæc verba lego: *Prædicatores, et Minores tempore Innocentii Papæ Tertii in Cismarinis partibus, videlicet in Tholosa, et Assisio inceperunt, qui continuo per diversa regna Cismarina multiplicati, ac prædicationibus, et doctrinis in hominum frequentia laudabiliter insistentes, statim post suam fundationem habebant venerabiles, et famosi; fratres vero prædicti b. Mariæ de monte Carmelo, primo tempore Innocentii Quarti Papæ propter persecutionem Sarracenorum in terra sancta, ubi ipsorum religio fundata fuerat ab antiquo: ad partes Cismarinas se transferentes potius tam extra civitates, et frequentiam hominum modo eremitico, quo fecerant in terra sancta, quam infra civitates hominibus habitare elegerunt per tempora longiora. In cuius evidentiam prædicti fratres conventus suos, quos primo fundaverant in partibus Cismarinis, remote a civitatibus, et frequentia hominum construxerunt. Qui postea per tempora longiora doctrinis, et prædicationibus, utilitati proximorum proficere cupientes, infra civitates, et hominum frequentiam habitare inceperunt, et multorum locorum suorum, quæ fundaverant remote a civitatibus, translationem ad civitates a Summis Pontificibus impræceperunt. Et ideo Prædicatores, et Minores, tantum prius in hominum frequentia conversantes, et magis, et prius noti præponuntur dictis fratribus Ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli; hæc ibi. Non obstante autem prædicta præcedentia, Ordo Carmeli tanta fulget antiquitate, ut de ipsius vetustate in iure non exlet memoria; cum tamen de illa mentionem faciat: etenim in decreto Lugdunensis Concilii, prohibente ne Ordines Mendicantes post Concilium Lateranense adinventi, ulterius procederent absque Sedis Apostolicæ facultate; postea vero facit hæc exceptionem in hæc verba: *Sane ad Prædicatores, et Minorum Ordines propter eorum evidentem Ecclesiæ utilitatem, præsentem non patitur constitutionem extendi: cæterorum Eremitarum s. Augustini, et Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Generale Concilium præcessit, in solido statu voluimus permanere; hæc ibi. Ex quibus aperte constat, quod si tunc religio Carmelitana non censeretur a Concilio Lugdunensi approbata, revera per suum generale decretum illam extinxisset: et quamvis quidam dicant, non esse legendum in solido, sed in solido, nihil prorsus refert hoc, vel illo modo legi, quia si solitudo eius status non fuisset approbatus, minime Concilium pateretur illum ultra progredi, cum et approbatus religiones post Conci-**

## HOMILIA III.

*In eodem festo s. Mariæ de monte Carmelo Deiparæ laudes, nec non Carmelitici Ordinis encomia prosequimur.*

lium Lateranense omnino deleverit. Ecce fatetur Concilium Lugdunense præcessisse religionem Carmelitarum Concilium Lateranense, nec assignat certum tempus sui processus.

## OBIECTIO UL.

Ad extremum, ut ultimo quorundam obsecratorum obiectioni satisfaciatur, observandum est prius, quod sancta Dei Genitrix, ac perpetua Virgo Maria, post obitum fratrum, sororum, confratrum, et consororum Carmelitarum Ordinis, prima die Sabbati animas eorum, earumque in Purgatorio persistentes, suis intercessionibus a poenis illius liberat, ut ipsa heata Virgo pollicita fuit s. Simoni Stoch, Priori Generali Ordinis Carmelitarum. Hoc singulare privilegium multi lacerant; sed immerito, quia Summus Pontifex Ioannes XXII. in bulla, quæ incipit: *Sacratissimo*, data Lugduni 3. die mensis Martii anno 6. sui Pontificatus, his verbis illud confirmavit: *Istam ergo sanctam Indulgentiam accepto robore in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Christus concessit in coelis. Meminit huius Bullæ Paleonydorus (l. 3. sap. 11), ubi obiter observatione dignum arbitror, quod in eadem bulla fatetur ipse Pontifex, beatam Virginem sibi apparuisse, ac dixisse propter devotionem, quam erga me habes, ab adversario tuo te liberabo, et ad supremum dignitatis Ecclesiasticæ culmen te promovebo: in cuius rei recompensationem volo te benevolam exhibere erga fratres meos filios Eliæ, et inter alia præcipit, ut Indulgentiam hanc Sabbatinam per propriam bullam confirmaret. Eandem etiam postea acceptarunt, et confirmarunt Alexander V. in bulla, quæ incipit: *Tenore cuiusdam privilegii felicitis recordationis Ioannis vicesimi secundi*; Clemens VII. in bulla, cuius principium est: *Dilecti filii*, data in Urbe veteri, die 15. Maii, anno 1528. ubi hæc verba habentur: *Die, quo a sacento huiusmodi Purgatorium accesserint, ipsa Virgo gloriosa Dei Genitrix Maria, Sabbato sequenti post illorum confratrum, seu religiosorum, ac sororum obitus visitando, a poenis Purgatorii huiusmodi eorum animas liberabit. Eandem etiam Indulgentiam confirmavit Gregorius XIII. in bulla, quæ incipit, ut laudes Gloriosissime Mariæ. Ac tandem Academia Salmaticensis, exploratis Apostolicis his bullis, declaravit, validam esse hanc Sabbatinam Indulgentiam, et suo robore semper permanere, nisi per Summum Pontificem, aut Concilium aliquod derogetur, nosque testamur, insigniorum doctorum illius Academiae subscriptiones illam approbantes legisse, et vidisse. Quare cum non solum auctoritate tantorum doctorum, sed expressis Summorum Pontificum oraculis, Indulgentia hæc Sabbatina sit corroborata, et stabilita, non video quare ratione quispiam absque ingenti temeritate illam inficiari queat.**

Cum presentis festivitatis sanctæ Mariæ de monte Carmelo valde congruere mihi videatur divinum illud Sponsi elogium (Cant. 7): *Caput tuum, ut Carmelus*; varia, quæ in eo delitescant, arcana, in laudem Virginis placet primo reserare, deinde encomia Carmelitane religionis prosequi. Scio, d. Gregorium per caput hoc loco intelligere Christum Dominum, ipsumque monti Carmelo assimilare, verba illius sunt hæc: *Caput Ecclesiæ, Christus, qui bene, ut Carmelus dicitur, quia ipse per passionem, quam sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus, de quo scriptum est: Et erit in noctissimis diebus preparatus mons domus Eliæ orans, obtinuit gratiam, et nos in Carmelo orantes, precibus impetramus, quando in Christum eredentes, Christum desideramus, et a patre irrigationem gratiæ suscipimus, quam rogamus. Hanc interpretationem sequutus eruditus auctor Iustus (in cap. 7. Cantic.) ait: *In Carmelo monte s. Eliæ, et Elisaëus saepe receptaculum habuerunt, quapropter in capite Ecclesiæ Domino nostro Iesu Christo, quo sublimius nihil est, tanquam in monte Carmelo, est iusti habitaculum, et multitudo populorum, tanquam diversitas animalium, sapientia percipit alimentum. Comæ capitis istius, sicut purpura regis iuncta canalicibus, eminentiores sunt sancti, videlicet martyres Christo commisitati. Ceterum alii doctores præsentem locum intelligunt de ipso monte Carmelo; in eo tamen sunt divisi, ac discordes, quod quidam illum applicant ad Ecclesiam, sicut applicuit noster Nicolaus de Lyra, qui affirmans Carmelum montem esse in Iudæa altissimum, et pulcherrimum, multisque herbis odoriferis repletum, ait, Isaïam (cap. 35) ad explicandam Ecclesiæ catholicæ felicitatem adhibuisse similitudinem a monte pelitam: *Lactabitur deserta, et in via, et exultabit solitudo, et florebit, quasi lilium germinans germinabit, et exultabit tabunda, et laudans, gloria Libani data est ei, decor Carmeli, et Saron. Etenim per fertillitatem, et amoenitatem horum, et præsertim Carmeli, qui focundissimus erat, significare voluit Isaïas, quousquid erat spiritualis amoenitatis in vetere lege transferendum fuisse in Ecclesiam Christi. Alii tamen doctores prædictum locum mystice intelligentes, in laudem Virginis illum convertunt. Doctissimi Guilielmi, ac præclararum expositionem primo loco apponam, ab eius verbis nihil prorsus detrahens: sic enim illum interpretatur: *Mens in Virgine matre, monti comparatur propter excellentiam gratiæ: Carmelus quippe in literis sacris mons est famosus. Cur autem non alii monti, sed Carmelo potissimum mens illa virginea comparetur, ratio est: Carmelus quippe****